

Hæreticorum Catalogus.

CONRADI  
SCHLVSSELBVR-  
GIL, SS. THEOLOGIAE  
DOCTORIS ET PROFESSORIS,  
ac in Ecclesiâ & Gymnasio Stralsundensi, in Po-  
meraniâ, Superintendentis, omnium  
nostrî seculi Hæreticorum index  
perpicuus, aliquot libris  
comprehensus.

LIBER PRIMVS.

IN OVO PRÆCIPVI HÆRETICI  
recensentur, qui (at tempore reflorescentis & instaura-  
tæ diuinitatis cœlestis doctrina, ministerio Lu-  
theri) in Ecclesiâ Dei extiterunt.

Additis & referuisis ipsorum argumentis, cum af-  
fertione veræ sententie, quam Catholi-  
ca profitetur Ecclesia.

LUTHERVS IN EPIST. AD GALAT.  
Maledicta sit charitas, quæ seruatur cum inalterâ doctrina  
fides, cui omnes cedere debent; Charitas,  
Apostolus, Angelus è cælo.

FRANCOFVRTI  
Excusus typis Ioannis Saurij, impensis Petri Kopffij.

M. D. XCVII.



NOBILI ET  
PRÆSTANTI VI-  
RO, VIRTUTE EXIMIA,  
ERUDITIONE EREGRIA, ET  
singulati humanitate conspicuo, Dr. HENRI-  
CO SCHRÖTERO, Dantiscanae vrbis cele-  
berrime, patricio & ciui primario,  
Domino suo affuci co-  
lendo.

**N**OBITIS & præstantissime  
vir, amice & affinis, summa  
animi obseruantia colende,  
nullum mihi dubium est, tibi  
non ignotum esse, multos huius seculi fi-  
lios, in schola Epicurorum educatos, præ-  
magna sapientia somniare, falsa tantum  
dogmata esse redarguenda, non autem  
Duxios ipsos & errorum Magistros, præ-  
cipue adhuc superstites, & in aliqua existi-  
matione constitutos, condemnatoria vir-  
gula feriendos esse. Verum eiusmodi ho-  
mines nasutos longè errare, Spiritum san-

## P R A E F A T I O.

Etum reformare; Deoq; in ipsum os, manum nefariam imponere, linguamque eius limare velle, nos sàpè, ex ore socii tui, viri optimi, & de Ecclesia Iesu Christi præclarè meriti, Dn. Doctoris Iohannis Vigandi, Episcopi Poñczaniensis, affinis mei colendi, audiuisse, nòsti. Necesse igitur est, exponere rationes aliquot, cur necesse sit, errorum grassantium patronos, sine omni prosopolepsia, taxandos & condemnandos esse. Et si autem causæ plurimæ, quare falsi Doctores, publicè falsa docentes & scribentes, ac defendentes pertinaciter, nominatim ac publicè arguendi & iudicandi sint, commemorari possunt: attamen nos, breuitati studentes, & captui simpliciorum nos accommodantes, paucas & potissimas saltem recitabimus, ex quibus iudicium de reliquis fieri potest.

Prima ratio, cur in Ecclesia Iesu Christi, errorum grassantiū specialis condemnatio, sine omniprospolepsia, non intermitti debeat, hæc est.

Matth. 7: filius Dei inquit: *Cavete a fermento Pharisæorum.* Non contentus est Christus generali admonitione, de fugiendis falsis doctrinis: sed digitum intendit ad ipsos falsos Doctores, & aliás sàpè nominatim inuehitur in Pharisæos, qui corrumpebant doctrinam de lege, de sacrificijs, & de Messia, vt Matth. 23. *Va vobis Scriptae & Pharisæi.* Quod si Christus voluisset effugere periculum, tantum in genere dixisset: *Va vobis, qui seritis falsa dogmata, contraria Legi & Euangelio.* Hæc generalitas nequaquam offendisset Pharisæos, nec Christo tantam molem periculorum imposuisset. Ita enim differuerent Pharisæi:

*Ignor in nulla cupido.* Omnis enim affectus oritur à notitia, monstrante obiectum, siue bonum, siue malum. Vt enim yisio non sit sine medio perspicuo, sic nullus in corde existit affectus, si non accedat cognitio monstratrix obiecti. Ergò necesse est *dito monstrari, & dicier hic est.*

II. Matth. 16. dicitur: *Cavete a fermento Pharisæorum.* Non contentus est Christus generali admonitione, de fugiendis falsis doctrinis: sed digitum intendit ad ipsos falsos Doctores, & aliás sàpè nominatim inuehitur in Pharisæos, qui corrumpebant doctrinam de lege, de sacrificijs, & de Messia, vt Matth. 23. *Va vobis Scriptae & Pharisæi.* Quod si Christus voluisset effugere periculum, tantum in genere dixisset: *Va vobis, qui seritis falsa dogmata, contraria Legi & Euangelio.* Hæc generalitas nequaquam offendisset Pharisæos, nec Christo tantam molem periculorum imposuisset. Ita enim differuerent Pharisæi: *Ad nos non pertinent haec fulmina condemnationis; sed ad alios, qui non tenent ordinariam gubernationem, sed, ut priuati homines seditione tumultuantur, & Ecclesiam perturbant.* Ita hoc tempore non offenduntur Pap-

## P R A E F A T I O .

stæ, generalibus condemnationibus Antichristi & Pseudoprophetarum, contra quos & ipsi clamitant. Sed hoc est neiv-  
muov: *An Papa sit Antichristus?* *An Sacrifi-  
culi & Monachi sint Pseudopropheta, & seruuli  
Antichristi?* Quod autem de Papistis verè dicitur, hoc eodem modo ad cæteras se-  
tas accommodari potest.

III. Elias disertè & nominatim taxat idolum Baäl. 3. Reg. 18. *Visque quo claudica-  
tis in duas partes, si Dominus est Deus, sequimi-  
nium. Si autem Baäl, sequimini illum.* Omnis autem hæresis est Idololatria. Ergò, sicut idola, & autores idolorum, sic hæreses & hæretici, non tantùm in genere, sed multò magis in specie accusandi & damnandi sunt. Sic alij Prophetæ, suæ ætatis idola accusarunt, vt Oseas vitulos Bethel, & Ie-remias idolum Moloch & Melechet. Multùm enim interest, inter propositionem particularem & singularem. Nam particularis latè vagatur, & est cothurnus, vtri-que pedi aptus. At verò singularis vocat Scapham, Scapham, & recto cursu ar-  
cem causæ inuadit.

IV. Paulus nominatim accusat Her-  
mogenem & Philetum, negantes resurre-  
ctionem

## P R A E F A T I O .

ctionem mortuorum. Augustinus nomi-  
nat suæ ætatis hæreticos, vt Arianos, Ma-  
nichæos, Pelagianos & Donatistas. Nam,  
sine mentione authoris dogmata damna-  
re, est cum laruis luctari, & Andabatarum  
more pugnare, vel cum Ideis Platonicis  
rixari, & est reuera Σκιαγράφα, perinde ac si  
quis cum sua vmbra pugnet.

V. Neceſſe est in certaminibus Eccle-  
ſiaſticis ſcire, qui & quales, & vbi ſint An-  
tagoniftæ, & qui, qualésve ſint Synergiftæ  
ſeu Manipulares. Nemo enim potest i-  
gnoto, aut nondum ſatis cognito mani-  
pulari, corpus & armam in acie iungere. Vt  
igitur debemus eſſe ſocij omnium timen-  
tium Dominum, & cūſtodiēntiū omnia  
mandata Dei, iuxta Psalm. 119. Ità perfecto  
odio odiſſe debemus, non ſolū apertos  
hostes, à quibus minus periculi impen-  
det; ſed etiam falſos fratres & Hypocri-  
tas, colludentes cum autoribus impiarū  
ſectarum, & quærrentes, prætextu tran-  
quillitatis & concordiæ, falſas concilia-  
tiones, vt Psalm. 26. dicitur: *Non ſedi cum  
viris vanis, & cum dolofis non conuerſabor.*

VI. 2. Tim. 4. *Insta oportunè & impor-  
tunè.* Ergò, ad nullum tempus alligata eſt

## P R A E F A T I O .

repræhensio prauarum opinionū, & cul-  
tuum pugnantium cum verbo Dei.

VII. Totum caput 2. ad Gal. diligenter expendatur & consideretur, quid sit mergi in simulationem, & non recto pede ingredi in veritate Euangelij.

VIII. Nostra nauis in hac deliberatione vehitur intra duos scopulos, quorum alter est Schisma, alter Hypocrisis. Si segregabimus nos ab aliis, qui volunt in specie damnari hæreses & sectas, nominabimur Schismatici, & autores publicarum discordiarum. Sin autem seruimus foro, & amicis gratificabimus, ut effugiamus periculum, inuretur nobis turpissima nota Hypocriseos, quæ non admonet errantes & peccantes, sed iniustè impoenitentiam & pertinaciam falsorū fratrum confirmat. Deniq; non dubium est, domesticum bellum, non leue, nobis paratum esse, si non fecerimus, quod in tali casu faciendum est. Iam comparetur falsa criminatio, quæ nos deformat titulo Schismatis, cum accusatione Hypocriseos; & bellum externū, sine iustis causis illatum, cum domestico, quod excitare poterit non solum foris pugnas, sed etiā intū pa-

uores

## P R A E F A T I O .

uores. Haud dubiè enim à nostris præditors veritatis nominabimur, si cum Hypocritis, quærrentibus errorum palliationem, non nominatis personis, colludemus.

IX. Gal. 2. *Si qua destruxi, iterum adifico, prauaricatorem meipsum constituo.* Nos vero hactenus publicè in templis & scholis, imò & in scriptis nostris, quæ extant, sine ambagibus speciatim condēnauimus dogmata & errores, Osiandri, Philippi, Victorini, Maioris, Pfeffingeri, Cinglij, Caluini, Crellij, & multorum aliorum. Ergò, si hoc tempore politica consilia nō aperitis tibiis canemus, iure & meritò præuari catores, collusores, hypocritæ, arundines, Eceboli, &c. appellabimus. Imò etiam Reges nobis obijcietur, quod domi simus leones, foris vulpeculæ, cerui, lepo res.

X. In libris Regum aliquot reges laudantur, cum exceptione ista: *Excella non suffulit.* Quo significatur, præstitisse eos a liquid in repurganda Ecclesia, sed non integrè fecisse suum officium. Ità nos pugnantes cum idolo Romano, & non speciatim damnantes alias sectas, iam pridem

## PRÆFATIO.

damnatas nostris & aliorū piorum scriptis, relinquemus in Ecclesia excelsa.

XI. Nota est Osij, Episcopi Cordubensis, historia, qui cothurnum Arianum stulta opinione tranquillitatis, approbavit. De hoc Hilarius asperè queritur, eiq; non solām imprudentiam, sed etiam levitatem tribuit. Et Dn. Philip. in quadam declamatione his verbis Osium condemnat: *Dolebat, à se proditam esse veritatem, perturbatum Spiritum sanctum in piis, & confirmatos hostium furores.* Cùm enim Hæretici eius autoritatem allegarunt, Ecclesiae in multis regionibus perturbatæ sunt. Hoc exemplo commonefacti, discant Generalistæ, qua ratione concordia sancienda & tuenda sit, ne videamur κακῷ καὶ λαύδῳ. Si enim propter vnius vocis ambiguitatem Osius à Doctoribus Ecclesiae condemnatur, quid de nobis futurum esse putamus, si non fecerimus officium, quod in hoc casu confessionis Ecclesia à nobis postulat?

XII. In veteri Ecclesia semper autores cum erroribus damnati sunt, vt in Synodo Constantinopolitana sexta, Centur. 6. cap. 9. videre est, ybi hæc habentur

ver-

## PRÆFATIO.

verba: *Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, Eutychen, & Origenem, cum impiis eorum conscriptis, & alios omnes hereticos, qui condemnati sunt ab Ecclesia, & eos, qui similia predictis hereticis sapiunt, & in sua impietate permanerunt & permanent, talis anathematizat.*

Ex hoc anathematismo sic concludo, contrà omnes Generalistas & Epicureos incrustatores:

*Quicunque, non nominatim Hereticos, ab Ecclesia condemnatos, & tales quidem, qui in erroribus suis permanerunt, & permanent, fulmine anathematis ferit, vel in specie taxat, est anathema.*

Sed Generaliste, nolentes Victorinum, Philippum, Maiorem, Alerium, Caluinum, Bezan, & alios in errore permanentes, in specie nominari, non anathematizant eos: Ergo, ipsimet sunt anathema.

XIII. In Ecclesia primitiva laudati sunt, qui in semel agnita & professa veritate permanerunt, ita, ut ne syllabā quidem unam, in Synodis vel colloquiis positam, ex Verbo Dei, largiri vellent aduersarii: contrà vero imprudentes & leues habitis sunt, qui à vera doctrinæ propugnatione,

## P R A E F A T I O .

vel in una vocula, discesserunt, ut ex hisleria  
Osij apparet.

Ergo & nostri temporis Theologi, discedentes  
a pristinis libris, concionibus, & sententia per  
multos annos ab iusdem defensa, in colloquiis, in  
pralectionibus, sunt imprudentes & leues.

Antecedens probatur ex verbis Cyril-  
li epistola 28. Non ferimus autem, ut illo pa-  
cto concuttiatur à quoquam fides illa, aut Symbo-  
lum fidei, à S. Patribus in Nicæa olim congre-  
gatis, determinatum. Neque nobis etiam, nec  
alii permittimus, ut aliquid posteriorum ibi ver-  
borum alteretur, aut VNA SALTEM SYLLA-  
BA diu sicutetur, memores eius, qui dixit: Ter-  
minas antiquos, quos patres tui posuerunt, ne  
transferas. Non enim ipsi locuti sunt, sed spiri-  
tus Dei ac Patris. Basilius Magnus: Pij &  
graues viri, qui recte instituti sunt, in verbo  
Dei, constantiores sunt, quam ut syllabam ali-  
quam de diuinis literis negent, vel corrumphi-  
nant, sed potius, si contingat, etiam omnes mor-  
tis species amplectuntur.

Hic audis, quod ne syllabam aliquam  
negarint, vel corrumpi passi sint pij & gra-  
ues viri, in Ecclesia Dei, præsertim, ubi  
antea ex verbo Dei aliquid recte posuc-  
runt vel docuerunt. Non est igitur grauis  
& pij.

## P R A E F A T I O .

& pij Theologi officium, illa recantare, &  
ab iis discedere, que antea in colloquijs, in  
scriptis publicis, in concionibus, in lectioni-  
bus, propalam docuit.

X IIII. Hac ratione deducuntur in  
omnium odium, in extrema pericula, &  
in contemptum, omnes illi, qui hactenus  
corruptelis restiterunt, ac etiamnum re-  
sistunt, diserte patronos ipsos errorū con-  
demnantes; quia politici clamabunt, illos  
affectibus induluisse, & odio aliorum flagrasse,  
quos taxarint hactenus; & iam hoc inde con-  
vinci, quod cogantur tacere. Quia, si recte fecer-  
rint, tum in nullius hominis, imone angelique  
dem gratiam esse tacendum. Si vero impie fecer-  
rint, nominando hereticos cum erroribus, tum  
coram tota Ecclesia hoc reuocandum, siquidem  
publicè coram Ecclesia hereticos nominati pro-  
clamârint, & quidem sapissime, ut in precibus  
etiam catalogum errorum cum hereticis recitâ-  
rint.

X V. Quia hac ratione ipse Spiritus  
sanctus & verbum Dei, arguens corru-  
ptores cum erroribus, mendacij arguitur,  
& reiicitur. Quod cum fiat à scientibus &  
præmonitis, peccatum est in Spiritu san-  
ctum, quod (teste Christo) est omniū pec-

## P R A E F A T I O.

catorum maximū & grauissimum. Non enim hominum, sed Dei opus est, hereticorum & errorū refutatio & condemnatio.

XVI. Quia ingens scandalum datur, & terra ignominia multis Scholis, ac regionibus & ciuitatibus, aspergitur. Dicent enim passim, nos diuersissima, imò & contraria, sentire & declamitare.

Antea in Colloquio VVormaciensi, anno 57. acerrimè Principes flagitarunt, damnationem Adiaphorismi, & Maiorismi, Osiandristimi, Caluinismi. In Colloquio Aldenburgesi, autores errorū cum erroribus sunt condemnati: nec ibi tantum posita est Thesis & antithesis, sed & hypothesis, & addita est specialis errorū condemnatio. Præterea multæ extant confessiones & scripta nostrorum, vbi ex verbo Dei monstratum est, peccata & errores non tantum in abstracto, sed etiam in concreto, taxari debere, & personas cum erroribus condemnandas, si non recipiſcant. Vide librum Wig. vni & traxſ ampt. Vide eius clauem. Item, Colloquii Aldenburgesi, eius Postillam, & alia eius scripta polemica, & didactica multa.

Vide

## P R A E F A T I O.

Vide Heshusij scriptū verè pium & heretiuosum, contra Infernale, & re & nomine, mandatum. Item, Confessionem Schönburgensem, Austriacam, Confutationes Ducum Saxonie, Confessiones Saxoniarum Ecclesiarū contra Maorem, Confessionem Augustanam, vbi multihæretici nominantur, ante aliquot secula mortui.

## O B I E C T I O.

*Distinguendisunt errores à personis ipsis.*

Respondeo: Spiritus sanctus non est tam acutus iudex in obseruando hoc discrimine, vt Epicurei Generalistæ, quia is simpliciter iubet, eos ipsos esse anathema, qui falsa docent, non tantum eorum prauas sententias. Iubet etiam Spiritus sanctus, vt nos separemus ab omni fratre, inordinate ambulante. Quod si in erroribus obseruari debet, multo certè magis in doctrinæ falsitate. Vnde D. VVig. recte dixit Iena, in concione An. 1570. 23. April. *Errores non tantum in abstracto, sed etiam in concreto sunt taxandi, id est, non tantum errores sunt taxandi, sed etiam autores errorum, quia Spiritus sanctus plerunque adiungit personarum mentionem: vt, Caue te vobis*

P R A E F A T I O.

¶ *pseudoprophetis, non à Prophetijs, dicit. Item, Oues mea vocem meam audient, mercenarium fugiunt. Caute vobis à fermento Pharaorum. Item, Paulus nominatum taxavit Alexandrum, Hymenaeum, Phigellum, Philetum. Item, nec in Politicis usitatum est, ut vitia in abstracto puniantur. Non enim farta, sed fures ipsi puniuntur. Deridendus est, qui velit scelerata punire.* Hactenus VVigandus.

*Idem Wig. in seinem Bedencken / von D. Jacobs Conciliation / der da auch dazumal an die specialem errorum condemnationem nicht wolte.*

*Es ist auch dir zu mercken/ und wol zu erz wegen/ daß die H. Schrifft/ wen sie von falschen Lehrern zu vertheilen und zu meiden vnterrichtet/ viel mehr das concretum, das ist/ beydes den Lehrer und die Lehre zusammen fasset/ als eines nur insonderheit. Als Christus spricht/ Sehet euch für/ für den falschen Propheten. Item, Einem frembden folgen sie nicht nach. Item Paulus, Die Widersprecher widerleget: wer anders lehret/ sey verfluchet. Iohan. Wer diese Lehre nicht bringet/ den grüsset nicht. In diesen*  
vnd

P R A E F A T I O.

*vnd dergleichen Sprüchen wird angezeigt/ daß man nicht alleine die falsche Lehr vertheilen/ verwerffen/ vnd meiden sol/ sondern auch die/ welche dieselben vertheidigen vnd aufz breiten. S. Paulus nennt auch etliche sein mit Namen/ das nicht alleine die gegenwertsige/ sondern auch nachfolgende ihre Namen wissen vnd kennen möchten/ als Hymenaeum/ Phigellum/ Alexandrum/ Hermogenem/ Demam. S. Johannes nennt Diotrepheus/ z. Joh. Die Christliche Kirche hat zu allen zeiten in synodis, vnd in ihren andern Schriften diese Ordnung gehalten/ Erstlich/ die reine Gottliche Wahrheit erkänt vnd bekannt/ Darinach falsche Lehr insonderheit vnd ausdrücklich verworffen vnd verdampft/ vnd darneben die Anfänger vnd Vertheidiger der falschen Lehr mit Namen verzeichnet. Daher man in der Vatter Schriften die Namen der falschen Lehrer noch heutiges Tages liest. Ibidem ponit exemplum, de moneta adulterina, & de abiurato hoste. Hactenus iterum  
VVigandus.*

B

P R A E F A T I O :

CENSURA D. CHYTRÆ;  
ET ALIORVM MEGAPOLEN-  
Sium Theologorum, missa ad Ducem Megapo-  
lensem, eo tempore, cùm disputaretur de.

Lüneburgico mandato, Anno 62.

28. Augast. Güsthrouij.

Es ist Gottes unveränderbarer Wille vnd  
Befehl / daß alle neue Prediger vnd Dies-  
ner Christi / nicht alleine die wahre Lehre in  
gemeini / recht vnd unverfälschet / fleissig pres-  
digen / sondern auch die falschen Irrigen Lehr-  
ren widerlegen vnd verwerffen sollen / vnd  
ihre Zuhörer für den falschen Lehrern vnd  
Verführern warnen / vnd den Wolff / so im  
Schaffsfleide unter sie eynschleiche / mit  
Namen vnd Fingern zeigen / daß sich die  
Schäflein für ihm hätten / vñ demselben ent-  
fliehen können. Tit. 1. Ein prediger sol-  
feste halten ob dem Wort / das gewiß ist /  
vnd lehren kan / auff daß er mächtig sey  
zu ernahmen / durch die heylsame Lehr / vñ  
zu straffen die Widersprächer. Acto. 20.  
Habet acht auff euch. Matth. 7. Sehet  
euch für. Sol man nun die Schäflein  
trewlich für falschen Lehrern vnd Wolffien /  
die in Schaffsfleidern eynschleichen /  
warnen / so muß man ja den Wolff nennen /  
vnd

P R A E F A T I O :

vnd gleich mit Fingern auff ihn deuten / daß  
man sich für dem Wolfschäuten kan. Wie  
S. Paulus die falschen Lehrer / Hymenæus  
vnd Philetum / Item / Alexandrum vnd  
Hymenæum / mit Namen straffet vnd con-  
demnet. 2. Tim. 2. 1. Tim. 1. Item / Her-  
mogenem vnd Phigellum. 2. Tim. 1. Item /  
Alexandrum Fabrum / 2. Tim. 4. Also straf-  
tet der Prophet Amos / cap. 7. den Hohenz  
priester Aniasiam mit Namen. Hieremias  
29. warnt die Jüden in Babylon mit Na-  
men / daß sie sich für den falschen Propheten  
Achab / vnd Gedechia hätten sollen. Johannes  
Bapt. straffet die Phariseer / vnd Herodem  
mit Namen : vnd spricht Chrysostomus / daß  
solches in Gegenwärtigkeit des Volks ge-  
schehen sey. Wie er auch Matth. 3. die Pha-  
riseer öffentlich anredet. Ihr Ottergezicht.  
Christus spricht Matth. 16. Sehet euch für  
für dem Sawerteig der Phariseer vnd Her-  
odis. S. Paulus Rom. 16. Ich ernahme  
euch / lieben Brüder / daß ihr auff sehet auff  
die sennige / die Zertreibung vnd Ergers  
muß anrichten / nebender Lehr / die ihr ges-  
lehret habt / vnd weicht von denselbi-  
gen / Denn solche durch sülze Wort vnd  
prächtige Reden die unschuldige hergen

P R A E F A T I O .

verführen. Es ist aber unmöglich/ daß sich einfältige Herzen für den jungen Lehrern/die so prächtige vnd süsse Wort fähren/ fürsehen/ wenn man sie nicht mit Namen anzeigen.

Ibidem.

Dieweil die Irrthüm der Widertäufer/der Sacramentschwärmer/ Schwenckfeldij/ Osianri/ Stanari/ vnd der andern. Item/ Memnonis/ Simonis/ Davidis/ Georgij/ die sie entweder durch den Druck/ oder sonst öffentlich aufgebreitet haben/ wider Gottes Wort streitten/ so ist es recht/ daß trewe Prediger nicht summe Hunde seyn/ sondern sollen freudig vnd getrost die falsche Lehr vnd Lehrer auch mit Namen straffen/ vnd ihre falsche Lehre widerlegen vnd verdammen/ vnd ihre Zuhörer für den Verführern warnen/ vnd ihren Zuhörern den Wolfss/ so im Schaffskleide unter sie eynschleichen/ mit Namen vnd mit Singern zeigen/ daß sie sich für ihm hätten/ vnd demselben entfliehen können.

Ibidem.

Wann die Reher ihre Irrthümb öffentlich in den Druck an den Tag geben/ daran sie ihres Irrthums können überzeuget werden

P R A E F A T I O .

werden/ vnd viel Leute durch ihre Lehr vnd Bücher vergiffen/ so müssen sie auch öffentlich gestraffet/ vnd die Zuhörer für ihnen gewarnt werden. 1. Tim. 5. Die das sündigen/ ic. Also sind die Irrthüm vnd Verschlebung der reinen Lehr/ so nach dem Interim in unsere Kirchen eyngerissen/ vnd von D. Äpino seligen/ vñ andern getrewen Lehrern gestraffet vnd widerlegt sind/ in öffentlichen Handlungen/ vnd darnach in öffentlichen gedruckten Schriften/ als in Actis Synodus, in Maioris Buch/ wider den Ambrosiorff/ vnd andern/ öffentlich an den Tag gegeben. Darumb sie D. Äpinus vnd andere trewe vnd bestendige dieser Sachsischen Kirchen Lehrer gestraffet/ vnd ihre Zuhörer mit öffentlichen Gegenschriften dafür gewarnt haben. Wenn aber einer für seine Person allein gesetzet/ vnd die falsche Lehr nicht öffentlich aufgegossen/ alsdenn/ wenn der Irrthum/ oder die Sünde nicht öffentlich/ oder notorium ist/ so muß die heimliche Vermaßnung/ da Christus von saget/ fürhergehen. Aber/ wenn einer seinen Irrthum nicht behält/ sondern öffentlich in der Predigt/ oder durch Schriften aufgegossen/ so ist einem jeglichen Christen/ vnd sonderlich den

P R A E F A T I O .

Predigern befohlen / daß sie die Irrthüm  
straffen / vnd die Zuhörer für den jüngsten fal-  
schen Lehrern warnen.

Ibidem.

Wenn man darin williget / daß man nichte  
sol in specie die Irrthüm straffen mit den  
Personen / so folget dich daraus / daß man das  
mit allem Christliche nötige vnd heylsame con-  
fessiones dieser Nider Sächsischen Kirchen /  
(darin sie / von dem Interim an / die Irrthüm  
vnd Verfälschung der Adiaphoristen / Osiandri,  
Maioris , Caluini , vnd anderer / offent-  
lich widerleget vnd verdampft haben) als ein  
unzeitiges vnd ungebührliches Schelten vnd  
Lästern / vnd unbillige Verdammung son-  
derbarer Personen vnd ganzer Uniuersite-  
ten / widerumb muß verdammen vnd Lügens-  
straffen. Denn wer dieses bewilliget / daß  
man die deutliche vnd namhaftige condem-  
nation der Secten nicht öffentlich treibt /  
der verdampft hiemit alle dieser Sächsischen  
Kirchen gemeine nützliche Bekanntniß vnd  
Schrifften / darin sie eben diese Secten wis-  
derleget vnnid condemniret haben: Welche  
Gottlose Leichtfertigkeit einem frommen  
Manne / wil geschweigen / einem getrewen  
Predigern anzumüthen ist. Hactenus illi.

In

P R A E F A T I O .

In Confessione Gratzeni, fol. 1. & 2.

Dich ist das eygentliche Ampt der rech-  
schaffenen Lehrer / nicht allein die Wahrheit  
mit allem fleiß rein vnd gründlich ihren Ge-  
meinden fürzutragen / sondern auch die einz-  
fältigen Herzen für den Irrgeistern / die ges-  
meinlich prächtige vnd süsse Wort führen  
können / mit allem ernst angreissen / sie mit  
Namen anzeigen / mit Fingern auff sie deuz-  
ten / vnd für ihren Büchern warnen. Denn  
weil nicht jederman des Verstands ist / daß  
er alsbald die Geister prüfen vnd richten / vnd  
die schädliche gefftige Lehre / unter den süssen  
Worten bedecket / kan merken / da spil war-  
lich den Lehrern gebüren / dieselbige offent-  
lich anzuzeigen / zu widerlegen / vnd jederman  
dafür zu warnen. Ist dennach keines wegs  
wider Gottes Wort / falsche Lehr vnd Lehrer  
(die man mit ihren öffentlichen gedruckten  
Schrifften überzeugen kan / daß sie irrig /  
schädliche / verfährische / vnd Gotte lästerli-  
che Lehre / zu verhinderung der Ehre Got-  
tes / vnd zu vieler Leute Seelen Heyl vnd  
Seligkeit / unter das Volk gesprengt vnd  
ausgeschüttet haben) namhaftig straffen /  
bekannt machen / dafür warnen / sie richten /  
prtheilen / verbanen / verfluchen vnd ver-

B. 4

P R A E F A T I O .

dammen. Denn in Religions Sachen vnd Streiten muß man wissen / wer vnd wo falsche Lehrer seyn / daß man sich könne für ihnen hüten / welches nicht geschehen kan / wenn wir sie nicht kennen. Und wie wir vns zu denen halten sollen / die Gott fürchten / vnd sein Gebot halten / Psalm. 119. Also sollen wir auch von Herzen hassen / nicht allein die öffentlich bekannten Feinde / die vns weniger schaden können / sondern auch die falschen Brüder vnd Heuchler / bey denen man nit sitzen / noch gemeinschafft haben sol. Psal. 26.

S I M I L E , Q V O PHILIPPVS  
vitur, in 7. cap. Matth. annotationibus  
editis à M. Froschelio.

Quemadmodum periti ac fidelis est medici, egrotos vtrumque monere, vide-licet, & quibus cibis atque remedijs vten-  
dum sit, & à quo genere cibi atque potio-  
nis abstinentum; Veluti, si quis febricitans, magnos astus sentiat, ei solet inter-  
dici, vt omnino vinum fugiat: Ita necesse  
est, fidelem ministrum vtrumque præsta-  
re, id est; Non tantum veram doctrinam  
simpliciter ac fideliter proponere, sed etiam  
adiungere reprehensiones falsorum  
dogma-

P R A E F A T I O .

dogmatum, vt auditores errores agnitos  
fugere & execrari possint.

*Amplius,*

Quemadmodum autē medici, ægro-  
to, herbas venatas ignorantis, nominatim  
eas prohibent, ne eas usurpet; Ita etiam  
Doctores Ecclesiæ nominatim corrupte-  
listas debent indicare, vtalij eos agnitos  
fugiant, id quod sine nominatione perso-  
parum in concionibus & scriptis fieri ne-  
quit. Et si hoc non fiat, animi auditorum  
semper in dubio relinquuntur, ambigen-  
tes, quinam sint illi, qui hos & illos erro-  
res sparserunt, Darumb sol man sic nes-  
sen / vnd dem Kinde einen Namen geben.

Præterea, cùm rectè dictum sit ab Eras-  
mo, *Nullum venenum praesentius esse libro ma-  
lo:* Quos, quæso, per Deum immorta-  
lem, libros venenos fugere posunt le-  
tores, si non autores & libri in specie no-  
minentur, additis erroribus eorundem,  
& condemnentur,

Philippus,

*Generalitates & ambiguities semper in Ec-  
clesia Dei parunt maiora & noua certamina.*

O B I E C T I O N E S .

*Realia à personalibus sunt separanda.*

## P R A E F A T I O .

Respondeo: Sacrae literae vtrumque complectuntur. *Cauete*, inquit Dominus, *Pseudoprophetas*. Audis personas cum dogmatibus. *Oues meæ alienum non audiunt: alienum*, inquit, hoc est, non tantum dogma, sed etiam Doctorem. *Si quis aliud Euangelium docuerit*: Audis, *Si quis*, de persona dicit. Item *dogma aliud*, nempe Euangelium. Sic mirando Dei iudicio, concretum, non abstractum solùmmodo, virginis Sacrae literæ, personas etiam nominant. Et in scriptis Doctorum Ecclesiæ, nomina cum doctrinis falsis leguntur. Ac noster Lutherus eandem rationem obseruavit. Præterea ex hac distinctione multa nunc mala ingruunt, quia quidam astutè inquiunt, *Se realia à personalibus*, contra manifestam experientiam, *se iungere*, & sic errores ipsos quoque excusant & palliant. Nec satis est, quod authores & patroni falsorum dogmatum dicunt, *Eie gestehens nichit*. Nam libri impresi extant, verba sunt manifesta. Nullus iudex contentus est, si fur neget furtum, sed probationibus cōuincit improbè mentientem furem. Iam verò libri illi typis diuulgati, præbent euidētissimas probationes. Hic locum

## P R A E F A T I O .

locum habeat: *Qualem te inuenio, talem te induco*. Vulgo dici solet: *Venn es dem Dies be kompt zum Eyde / vñnd dem Wolffe zur Heyde / so kommen sie beyde darvon*. Facilem esse compositionem, si Theoria & ius ipsum, quod videlicet, & quomodo fieri debeat, spectetur, certum est: sed quod ad Praxin, difficultas longè maxima sece offert, historia vniuersa Ecclesiæ Christi id probante. Qui non vult credere, experietur.

## O B I E C T I O . II.

*In Luneburgicis articulis non est facta specifica errorum condemnatio.*

Respondeo: Facta est, quia ibi disertè condemnantur Anabaptistæ, Schyven-cofeldistæ, Seruetiani, Osiandristæ, Majoristæ, Sacramentarij, Adiaphoristæ, Synergistæ. Quod autem personæ ipsæ hic delineatae sint, satis superq; testati sunt aduersarij, & illorum applausores, ut ex subscriptione Magdeburgica notum est. Item, ex epistola Cracouij ad Kittelium, anno 62. scripta. Verba eius hæc sunt: *Vnum ex te quero, nūm tu istam colluniem aliquot indoctorum Diacorum, ac verè obscurredorum virorum, eos esse censes, qui tot paſsim*

## P R E F A T I O.

*viris, doctrina, pietate & innocentia vita praestantibus, dogmata prescribere, vel pio honesto, prætextu, evadere quæcumq; ad docere quoslibet vel debeant, vel possint, &c. Inde apparet, quod ex Luneburgicis articulis non possit probari incrustatio Generalistarum, de non speciali condemnatione errorum.*

## O B I E C T I O . III.

*In corpore doctrine Prutenico non extat specialis condemnatio corruptelistarum.*

Respondeo: Scio, authores corporis Doctrinæ sese excusasse, quod habuerint teneræ & lactescientis Ecclesiæ rationem, proptereaq; ab initio abstinuerint à personalibus. Verum ingenuè fateor, mihi istam excusationem non satisfacere, & dico, rectè fuisse oppugnatum propterea corpus Doctrinæ à quibusdam, sicut peculiari scripto demonstrari potest, quod ego habeo. Et iam à posteriori videmus, quod sit res mali exempli, hypothesis in Confessionibus omittere, cum à Generalistis trahatur Prutenica Confessio in exemplum.

Et, si exemplis certari libet, cur non contrarium inde statuimus, sic concludentes?

## P R E F A T I O.

dentes. In der Augspurgischen Confession werden allerley Secten / sampt den Personen/ mit Namen vnd öffentlich verdampft. Und sollen sich nach der Confession alle andere richten. Ergo, so solle man in gleichen Confessionibus auch auff die specialem Corruptelistarum condemnationem gehen.

## O B I E C T I O . ALIA.

In dem Aldenburgischen Colloquio hat man mit den Personen zuthun gehabt. Hic verò est alia res. Hic tantum errores refutantur.

Respondeo cum D. VVigando in prælectionibus Esaiæ, in Tractatu de reprehensionibus: *Verbum Dei (ait) non tantum mandat, ut falsa doctrina arguantur sed etiam personæ ipsæ, quamdiu tuentur falsa dogmata, quia sacra litera plerunque concretum complebituntur.* Matth. 7. *Attendite à Pseudopropheticis.* Hæc sententia continet mādatum, quod omnes pastores debeant non tantum falsos doctores vitare, sed etiam mōstrare auditoribus. Ioan. 10. *Ones meæ vocem meam audient, & alienum non sequentur;* nominat concretum Ioannes: *Si quis non affert doctrinam, &c. non Ave ei dixeritis,*

## P R A E F A T I O.

*Eccl. Galat. i. Si quis alius, &c. hic nominat personam vel concretum. Huc pertinent exempla Doctorum Ecclesiae Dei, decreta Synodorum, & sententiae recte docentium in Ecclesia Dei.*

### A L I A.

*Sed iam tantum volumus consulere posteritati, & Ecclesiis tranquillitatibus redire.*

Respondeo: Hac ratione non reddeatur Ecclesiæ Christi pax & concordia, nec consultetur posteritati. Nam ex generalitatibus, amnestiis, & conciliationibus noua & maiora certamina existunt: Si volumus concordiam in Domino constituerre, & posteritati consulere, tum oportet hanc viam insistere, quam verbum Dei & Ecclesia nobis prescribit: nimilrum, ut primum ponatur Thesis de controversis articulis, idque verbis sumptis ex fontibus verbi Dei, testimonio Ecclesie purioris, & scriptis Lutheri. Deinde subiungatur Antithesis, siue Negativa. Hic disertè & neruosè reiificantur omnia falsa dogmata, sine omni palliatione & ~~concessione~~, Tertio, addatur Hypothesis, indicatis authoribus corruptelarum, monstratis libris, in quibus falsa dogmata continentur.

Duxij

## P R A E F A T I O.

Duxij etiam & haeretici, ac haereticorum patroni, cogantur ad Palinodiam. Hac via vtitur verbum Dei, & Catholica Ecclesia: qua neglecta, non consensio, sed cōtentio orietur in Ecclesia Dei. Et quomodo posteritas poterit scire, quinam haereses & errores seminârint, si non sciat nomina & libros ipsos, in quibus haereses continentur? Certè in primitiva Ecclesia etiam consuluerunt posteritati, sed tamē nominarunt personas cum erroribus, in Conciliis & Synodis, & scriptis. In Augustana Confessione secus docentes condemnant nominatum, & tamen consuli- tur posteritati.

### A L I A O B I E C T I O.

*Sed vos estis singulares, non approbantes hoc, crescent dissidia, disunctiones & scandala. Estis Stoici, horridi, dari, perniciaces, tribunitiae facis authores, communisq; tranquillitatis & publicæ pacis interturbatores.*

Respondeo: Also saget man zu dem Es-  
sia auch: er were ein singularis, qui turba-  
ret Israël. Sed dicatur veritas, & pereat  
mundus. Necesse est, tum propter Dei  
mandatum, tum propter hominum salu-

## P R A E F A T I O.

tēm, veritatem doctrinæ, & puritatem religionis mordicūs retinere; siue cœlum, siue terra ruat, aut fractus illabatur orbis. Cur Sectarii non dicitur, he per suas corruptelarum defensiones scandalata excitet & dissidia? Illi sunt caussa scandalorum & turbarum, non nos. Quod si cederendo, & non contradicendo sectis, scandalata & certamina vitare volumus, profecto breui veram religionem amitteremus.

Plus etiam effecit in Concilio Paphnicius iste singularis, (vt ita dicam) quam centum Episcopi, ipsi repugnantes. Plus effecit singularis ille Lutherus, quam tota cohors Pontificiorum. Plus effecit singularis ille Wigandus oppugnatis Confessionem Misnicam, quam applausores eiusdem. Plus effecit, tempore Interreligionis Augustinæ, singularis ille Illyricus, cum paucis aliis, quam Adiaphoristæ & Interimistæ. Plus effecit singularis Elias, quam Baalitæ.

## A L I A O B J E C T I O.

*Sed vos separationem facitis ab aliis, si non approbatis.*

Respondeo: Talis separatio, & specialis errorum condemnatio, qua nos totos referi-

## P R A E F A T I O.

referimus ad Augustanam cōfessionem, ad Apologiam, & Schmalcaldicos articulos, ad Conſutationes Ducum Saxonię, ad multarum Ecclesiarum confessions, iungent nos illis, & illos nobis, quicunque, verè adhærebunt Antigutanæ confessioni: Quod si verò se quis inde vult separare, separet se sanè suo arbitrio & malo. Multitudo enim errantium, non patriet errori patrocinium, &c.

Ob hās & similes causas, ego etiā præcipuorum hæreticorum nostri seculi errores, in hoc Tractatu nominatim, ~~āc~~ ex ipsorum scriptis collectos, refutau: & spero, simplicioribus hunc laborem meum, utilem & necessarium, probatum iri. Tibi verò, nobilis & præstantissime vir, affinis charissime, primum hunc librum, continentem Arianorum nouorum argumenta, cum solutionibus eorum, nuncupare volui; idq; non aliam ob causam, quam vt extaret aliquod testimonium meæ, erga te tuamq; familiam honestam & verè nobilem, gratitudinis & benevolentię, pro innumeris beneficiis, quibus à Dn. D. Vigando socio tuo, & honestissimis tuis parentibus &

C.

P R A E F A T I O.

cognatis, affectus sum. Deinde, ut Ecclesiæ Dœni nōtum fiat, te in semel agnita & professa veritate cœlesti constanter perseverare, & ab omnibus erroribus toto pectore abhorre. Datum Stralsundij, anno 300 m̄is ûposannis regi adiasannis t̄r̄v dñi eñ  
Xerophytior̄ erat, 1596. die 21. Octobris,  
quo ante 9. annos, (nimurum anno 87.)  
focer tuus, & affinis meus; reuerendus &  
clarissimus vir, Dn. Ioannes Vigandus,  
Doctor Theologiæ celeberrimus, & Episcopus Diœcœsos Pomezaniensis in Bo-  
rußia fidelissimus, qui fideliter verbo Dei  
rexit Ecclesiam Christi in Germania &  
Bo-rußia, amplius 40. annis, Libemolæ in  
Bo-rußia, placide in Christo obdormiuit.

T. præstantiæ

affinis obseruantissimus,

Conradus Schlüsselburgius, S. Theologiae Do-  
ctor & Professor, ac Superintendens, in Ec-  
clesia & Gymnasio Stralsundensi.

L I B E R



LIBER PRIMVS,  
DE SECTA AN-  
TITRINITARIO-  
rum.

*Enamora præcipuos & insigniores nostri  
seculi hereticos.*



ESPO NDE O: Multi & varij fal-  
sorum dogmatum authores &  
propugnatores, qui ore & scri-  
ptis suas hæreses disseminârunt,  
deploratissimo hoc nostro secu-  
lo in Ecclesia Dei vixerunt. Verum insigniores,  
& maximè omnium nocentissimi hæretici, hi  
tredecim numerari possunt: de quibus (Deo  
benè iuuante) in hoc tractatu agemus. Recita-  
bimus autem bona fide argumenta Sectario-  
rum, ex ipsorum scriptis deprompta; &, in gra-  
tiam studiosæ & piæ iuuentutis, simplices &  
perspicuas solutiones, iuxta verbum Dei adden-  
mus.

- I. Antitrinitarij, seu noui Ariani.  
II. Manichæi, seu Substantialistæ.

- 2 . . . DE ANTITRINITARIIS
- III. Sacramentarij, Cingliani seu Caluinistæ.
  - IV. Antinomij.
  - V. Synergistæ, seu noui Pelagiani.
  - VI. Osiandristæ.
  - VII. Maioristæ.
  - VIII. Iesuitæ.
  - IX. Stancaristæ.
  - X. Schyvenckfeldistæ.
  - XI. Seruetiani.
  - XII. Anabaptistæ.
  - XIII. Adiaphoristæ.

I. DE SECTÀ ANTITRINITATI  
riorum seu nouorum Arianorum.

*Vnde habent nomen; Antitrinitarij?*

A Græca præpositione *anti* id est, *contra*, &c à nomine *Trinitarij*. (sic enim illi vocant Ironice, Trinitatem personarū diuinitatis aſterētes) hoc est, Antitrinitarij dicuntur, hostes impij & blasphemiarum sacrosanctæ & adorādæ Trinitatis. *Noni Ariani*, appellantur, à vetustissimo hæresiarcha Ario, qui omnium primus horrendas blasphemias, impudico & maledico ore, contra filium Dei euomuit, Anno Christi 328. Germani eos vocant, *Stirmeri Schender vnd Lästerer der H. Dreyfaltigkeit*. Alij eos, veteri Arianorum nomine, *Anomeos seu Tritheitas* appellant, quoniam dissimilitudinem & inæqualitatem, & gradus quosdam personarum Diuinitatis, confingunt, & suis hypothesibus, quamuis id negare videantur, tres Deos faciunt.

*Quis*

D. CYNRAD. SCHLYSSLE.

3.

*Quis est author huius Sectæ?*

Nouisti Ariani recens exorti sunt in Polonia, Lithuania, & ipsa nimirum Transyluania: ac eorum caput ad ducem se profitetur quidam *Gregorius Pauli*, minister Ecclesie Cracoviensis, homo impius, ambitiosus, & in blasphemias effutiendis planè effrons, & ita quidem iactabundus, ut adscribere sibi cum aliis Arianis non vereatur excisionem Antichristi, & eiusdem extirpationem ab imis usque fundamentis: Lutherum enim vix minimam partem reuelationis & destructionis Antichristi reliquise. Hic ille *Gregorius Pauli*, vna cum aliis quibusdam apostatis, quales fuerunt *Valentinus Gentilis Conserinus*; *Franciscus Davidis*; *Georgius Blandrata Saluciensis*; *Matthæus Gribaldus*, *Inreconsultus*; *Lelius Zozimus*; *Petrus Statorius*; *Ioannes Sylvanus*; *Erasmus Joannis*; *Adamus Neuserus*.

Notatu vero dignissimum est, prænominatis hisce nouis Arianis ad Apostasian seu Arianismum occasionem fuisse doctrinam Caluinistarum, id quod ipsimet Ariani haud obscurè professi sunt. Recitarbo huius rei exemplum memorabile de Adamo Neusero, ante paucos annos Ecclesie Heidelbergensis, ad S. Spiritum primario pastore, nobilissimo Sacramentario. Hic ex Zuinglianismo, per Arianismum, ad Mahometismum usque, cum aliis non paucis Caluinistis, Constantinopoli circuncisionem Iudaicam recipiens, & veritatem agnitam abnegans, progressus est. Hic Adamus sequentia ver-

C 3

## 4 DE ANTITRINITARIIS

ba, sua manu scripta, dedit Constantinopoli, Doctori Stephano Gerlachio, Concionatori aulico liberi Baronis ab Vngniadt. Anno 74. 2. Iulij: *Nullus, nostro tempore mibi notus, factus est Arianus, qui non antea fuerit Calvinista. Seruetus, Blandrata, Paulus Alciatus, Franciscus Davidis, Gentilis, Gribaldus, Sylvanus, & alij. Igitur qui sibi timet, ne incidat in Arianismum, caueat Calvinismum.* Et hoc ἀνθρόπος Adami Neuseiri secum Tubingæ habet D. Gerlachius.

Antequam verò errores Antitrinitatiorum recensem, recitabo fundamenta veræ sententiæ, & orthodoxæ confessionis Ecclesiæ Dei, de Deo uno in essentia, & trino in personis; deinde, de Iesu Christo, Deo & homine, confessionem perspicuam adiungam.

## DE VNITATE DEI.

Vnicus duntaxat est Deus, non plures, conditor & conseruator omnium rerum, pro sua diuina voluntate. Id verò certum est: Primum, ex veteri Testamento. Nam Deus ex cœlo hanc vocem profert, suoque digito lapideis tabulis inscribit: *Non habebis Deos alienos coram me.* Deut. 6. inquit Moyses: *Andi Israël, Dominus Deus tuus, Deus unus est.* Esaïæ 44. vox Dei refertur: *Ego sum primus & non iussimus, & prater me non est Deus.* Deinde, ex nouo Testamēto, Marci 12. *Vnus est Deus, & non est aliis prater eum.* ad Corinth. 8. *Nullus est aliis Deus, nisi unus.* Galat. 1. *Deus unus est.* Tertiò, ex confessionibus

## D. CYNRAD. SCHLVSSELB.

bus Ecclesiæ Dei, rectè sentientis, omnibus aetatisbus. Vnicum enim tantum Deum omnes sancti agnouerunt, inuocarunt, celebrarūt, & professi sunt, id quod historia rerum sacratum perspicuè & palam docet. Vnicā igitur tantum est essentia diuina, non plures, quia vnicus duntaxat est Deus.

Nec est vox *essentia* aliena à sacris literis, quia *Iehova*, nō men est veri & vnicī Dei, & appellatio inde facta est, quia est, & reuera existit, estque essentia viua, intelligens, omnipotens. Nec est figmentum mentium humanarum, qualia sunt apud gentes numina quamplurima, vt, *Fortuna*, *Minerua*, *Gratiæ*, *Musæ*, *Ceres*, *Bacchus*, *Venus*, &c. Ac Moysi, nomen Dei percunctanti, hoc responsi datur: *Ego sum qui sum*, vt veteres ac recentes aliqui Theologi sunt interpretati: quamvis recentiores nonnulli futurum exprimant: *Ero, qui ero.* In hisce autem verbis essentiam suam declarat Deus, Exod. 3.

Verba Legis suæ tali magnificentia orditur Deus: *Ego sum Dominus Deus tuus.* Ergò Deus est, seu est essentia quedam. In hoc itaq; articulo, essentia dicitur natura diuina, communis tribus personis, & tota in singulis, id quod ex sequentibus magis patebit. Meritò igitur gentilium deorum pluralitas, ab Ecclesia Dei sancta est reprehensa & exterminata. Iustè & Valentiniiani, prodigiosam deorum multitudinem cōminiscentes, & Manichæi, duo principia, seu duos Deos, pariter coæternos, singentes, quorum alter, vt

bonus, bonorum sit author, alter vero, ut malus, malorum, refutati & explosi sunt. Nec approbamus Pontificiorum Idolomanian, qui innumeros Diuos, more prorsus ethnico, canoni-  
zant, eisque virtutes & honores, soli Deo omni-  
potenti competentes, adscribunt. Attributa  
porro huius vnicis Dei sunt, quod est aeternus, im-  
mensus, omniscius, omnipotens, omnipresens, iusti-  
simus, liberrimus, omnia pro sua voluntate agens in  
celo & terra. Psalm. 115. Estque hic vnicus Deus  
sufficiens, ad omnia, pro suo beneplacito, effi-  
cienda. Genes. 17.

## DE TRIBVS PERSONIS

illius vnicæ essentiaz diuinaz.

Ille autem vnicus Deus, trinus est personis. Nec sunt plures personæ diuinitatis, quam tres. *Persona autem hic dicitur, substantia individua, intelligens, incommunicabilis, non sufficiata ab aliis.* Graci vños, & rā vños, uera vocarunt; & Latinos imitati, etiam tria esse ἀερωντα dixerūt. Ac obseruandum est, qua significatione Ecclesiæ Dei Doctores, qui contra haereticos fideliter, prudenter, & solerter pugnârunt, illis vocabulis vñi sunt. *Quæra (essentia) autem, pro natura diuina plerunque usurpatur, quæ vna est, & est communis tribus personis: vños vero, pro persona, Ac sunt quædam veterum locutiones, in usurpatione istorum vocabulorum, prudenter & circumspectè accipienda. Sunt autem tres illæ personæ diuinitatis, Pater, Filius, & Spiritus*

*ritus S. Certitudo eius rei patet ex S. Scripturæ testimoniois: vt Matth. 18. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Hic tres personæ distinctæ appellationibus proferuntur. Et proculdubio hic etiam unus finis, & quidem non postremus est: notitia numerorum in hominibus, vt sciamus tres esse personas diuinitatis. Nam homines suæ ad notitiam Dei creati. Ad notitiam autem vnici & veri Dei pertinet, vt sciamus & credamus, tres esse personas diuinitatis: & hunc Deum tali pacto inuocemus, & veneremur, ac discernamus eum ab omnibus creaturis & commentitiis numinibus.*

In 1. Epist. Ioh. 5, dicitur, *Tres sunt, quæ testimoniū perhibent in celo, Pater, Logos, & Spiritus S. & hi tres unum sunt.* Disertè enumerantur, & quidē illis ipsis appellationibus, quæ alibi quoque in sacris literis eis tribuuntur. Ioan. 15. *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam a patre, Spiritus veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Hic tres distinctæ personæ exprimuntur, Pater nimirum, à quo mittitur & procedit Spiritus S. Filius mittens Spiritum S. & Spiritus S. mittendus. Idem Ioan. 14. doceatur. 2. Cor. 14. *Gratia Domini nostri Jesu Christi, & charitas Dei, & communicatio S. Spiritus, sit cum omnibus nobis.* Hic Dei, vt Patris, & Christi Iehouæ, & S. Spiritus mentio fit. Gal. 4. *Misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba, pater.* Hoc loco Deus, Filius, & Spiritus, tanquam tres personæ diuinitatis di-

stinctæ, recitantur. Sed plura testimonia, in quibus tres personæ recententur, in præsentia non commemorabo. Inteđum autem in sacris literis & duæ personæ disceri nuntur, vel vnius ita fit mentio, ut aliquæ eius proprietates adiificantur, quibus à reliquo personis discernantur: vt Ioh. 1. Abj. & erat apud Deum. Item, *Vnigenitus a Patre.* Ergo λόγος, & Pater, sunt distinctæ personæ. Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Pater autem non semet ipsum dedit mundo, sed filium: Imò, quia unigenitus est Dei filius, idèò distincta persona, est à patre. Ioan. 5. *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* Item, *Sicut Pater suscitat mortuos, & vivificat; sic etiam filius, quos vult, vivificat.* Ioan. 8. *In lege vestra scriptum est: duorum hominum testimonium verum est. Ego sum, quia testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater.* Præcedunt & hæc verba: *Solus non sum, sed ego, & qui misit me, Pater.* Ioan. 5. *Alius est, qui testimonium perhibet de me.* Ergo, Pater est alius, & Filius est alius: id est, distinctæ sunt personæ. De λόγῳ dicitur, *quod caro factus sit: quae de re suo loco plura. De Spiritu S. dicitur, Spiritus S. arguit mundum de peccato.* Ioan. 16. Item, *Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis.* Deinde, hæc doctrina, de tribus distinctis personis diuinitatis, ex revelationibus diuinis manifesta est. Nam baptizator Christo ad Iordanem, cœlum panditur, & Pater de Filio clara voce claimat: *Hic est filius meus dilectus*

## D. CVNRAD. SCHLVSSÆLÆ.

*dilectus, in quo mihi complacitum est.* Filius ascendit ex flumine, orans: & Spiritus sanctus, specie columbæ visibiliter de sublimi cœlo in Christum descendens, in eo manet. Hæc facta sunt, vt toti mundo per ministerium verbi denunciarentur, omnesq; mortales hunc Deum cognoscerent & colerent, qui est Pater, Filius, & Spiritus sanctus.

Christo orante, Pater hanc vocem edit: *Et clarificavi, & clarificabo.* Ioh. 12. Nec ineptè apparitio trium virorum, ad Abraham diuertentium, pro tribus diuinitatis personis intelligitur. Multa enim sunt in textu, quæ ostendunt, ipsum Deum hoc honoris patriarchæ Abraham exhibuisse.

Terriò, idem appellatio illa Dei docet, quod sæpè Elohim appellatur, vt Genes. 1. *In principio creavit Elohim cœlum & terram.* Item: *Ei ait & loquitur: faciamus hominem ad imaginem nostram.* Consultat autem Deus non cum angelis, sed Pater, & Filius, & Spiritus sanctus inter se. Nam ad imaginem Dei, non angelorum, facti sunt homines. Malach. 1. *Si Dic ego sum, ubi est honor meus.*

Quartò, hanc doctrinam Ecclesiæ Christi Doctores, aduersus Hæreticos, constanter ex verbo diuino asseruerunt, ac posteritati reliquerunt, id quod, præter ipsorum scripta, etiam multæ Synodi testantur, vt Nicæna, Constantinopolitana, Toletanae aliquot, & plures aliae. Sunt autem istæ tres diuinitatis personæ, non

tantum appellationibus, verum realiter quoque distincte. Nam Pater non est Filius, nec Filius est Pater, neque Spiritus S. est Pater vel Filius. Alius igitur est Pater, ut ipse Christus Ioh. 5. affirmit; alius est Filius, alius est Spiritus sanctus, sed non aliud: quia vox alius, personas distinguit tantum, nec aliam naturam constituit, quia unicus duntaxat est Deus.

Pater est prima persona diuinitatis, non genita, nec procedens, sed gignens filium unicum ab eterno, sibi coessentialis, & a qua, sicut & a Filio, procedit Spiritus sanctus.

Filius est secunda persona diuinitatis, genita a Patre ab eterno, & a qua, sicut & a Patre, procedit Spiritus sanctus.

Spiritus sanctus est tertia persona diuinitatis, procedens a Patre & Filio.

Proprietates itaque incomunicabiles personarum sunt, quod Pater gignit, Filius est genitus, Spiritus sanctus ab utroque procedit. Haec autem personae non sunt confundendae: Non est enim tantum unica Deus in persona, sed tres sunt personae diuinitatis, ut Christus ipse nos docuit, Matth. 28. Nec sunt illae personae segregandas aut dividendas, quia non sunt tres peculiares aut distincti Dei, non tres separatae essentiae diuinae; sed haec tres personae sunt unicus, & verus, & idem ille Deus, quem tota sacra scriptura predicat, & qui ab omnibus hominibus cognosci & colivult. Nam extra illas tres personas nullus alius Deus existit, nec fas est, ullum Deum communicandi,

minisci, qui non sit Pater, Filius, & Spiritus S. Et communia sunt hisce tribus personis, *Essentia, seu natura diuina, aeternitas, immensitas, omnipotencia, maiestas, &c.* Hinc omnes tres personae sunt coessentiales, coeternae, coomnipotentes; & nihil in hisce tribus personis diuinitatis prius vel posterius, maius aut minus est, *quia unus idemque Deus aeternus sunt.* I. Ioh. 5. Nihil igitur differunt essentia, aeternitate, & omnipotentia, sed tantum personis, proprietatibusque personalibus, & deinde quibusdam ordinatis officijs, iuxta patefactionem: ut, quod Pater misit Filium, Filius est missus in carnem, Spiritus sanctus arguit mundum. Est quidem Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus: sed tamen non tres Dei sunt, verum unicus, idemque, verus Deus, seu unica diuina essentia:

In verbis Baptismi sapienter & placenter obseruant Patres, dici, *in nomine*, tanquam in uno Deo, licet tres personae nominentur. Ambrosius lib. 3. de trinitate inquit: *In nomine, ait, non in nominibus, ut unitas essentia ostendatur: per nominata tria, que suppositi, tres esse personas, declaravit.*

Non itaque personae diuinitatis quiddam sunt extra essentiam diuinam, sed illa ipsa unica Dei essentia, est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, neque extra illas tres divinitatis personas illa profusa singenda est Dei essentia.

Ex hac igitur doctrina, docendi gratia, sumpta est vox Trinitatis. Cum enim Deus ipse tri-

bus distinctis personis sese manifestet, & cum Christus nos velit in nomine Patris, ac Filii, & Spiritus sancti baptizari, cur non liceret sacram triadem aut trinitatem appellare? Et sic locuti sunt antiqui Doctores in Ecclesia Dei, ut ipsorum scripta manifeste testantur.

Fateor tamen, rei amplitudinem ista voce sati exprimi non posse, imò agnoscō, nos de tantis rebus, in hac nostra infirmitate, saltem balbutire: sed balbutiendo tamen, ut S. Bernhardus loquitur, *excelsa Dei resonare debemus*, quia Deus sese hominibus doctrina & patefactionibus cognoscendum dedit, & vult, ut de hoc Deo, quantum quidem se reuelauit, & cogitemus, & loquamur, & gratias ei agamus, quod in hac mortali vita istam nobis lucem tam benignè accedit & conseruat.

Sed hanc lucem inuidet hominibus Satanas, idèò Hæreticorum flatibus & tempestatibus eam nobis obscurare & delere conatur; quibus quidem confessione veritatis & oratione constanter resistendum est.

Constat autem, Sabellianos & Samosatenianos miris calumnijs & mendacijs, impugnasse trium personarum distinctionem, ac finxisse, tantum unicam esse personam, sicut Deus est tantum unicus: hunc autem Deum aliás ut Patrem, aliás ut Filium, aliás ut Spiritum S. se gesisse. Finis horū omnium est, ut Filium Dei diuinitate spolient, & Spiritum S. quoq; extenuent. Nam S. han nprimis ardet implacabili odio aduer-

13  
aduersus Filium Dei, idque non absque causa, quia caput gestat ab eo fractum & contritum.

Sed graui iudicio Ecclesiae Christi eiusmodi blasphemiae sunt damnatae ac repressae, vt Synodi Antiochenæ, & aliæ testantur.

Iudæi quidem & Turcae hodie quoque profitentur, sese unicum Deum, conditorem cœli & terræ, inuocare & colere: sed quia non agnoscunt eum Deum, qui est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, itaque à vero Deo aberrant. Nam immota est sententia; *non esse Deum, qui non sit Pater, Filius & Spiritus S. & Christus* discribit, inquit, *qui non honorat Filium, non honorat Patrem.* Iohann. 5. Item: *Qui videt me, vider Patrem.* Item, *Ego in Patre, & Pater in me est.* Ioh. 14. et

Qui igitur Filium hunc, cum Patre & Spiritu, non agnoscunt unum & eundem esse Deum, illi singunt idolum suis mentibus, quod reuera non est Deus. Acerbè de eis pronunciat Christus, Ioh. 4. *Vos adoratis, quod nescitis.* Quid autem grauius dici potest?

Ecclesia itaque Dei suam inuocationem & confessionem hac in parte procul discernit, ab Ethnicorum, Turcarum & cæcorum Iudeorum sententia de Deo, quia eum Deum colit & veneratur, qui est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; estque unus idemque Deus, sicut verbum Dei, quod est lucerna hominum in tam sublimibus rebus, patefacit & tradit.

Falsò itaque & blasphemè docent Seruetaini & Antitrinitarij, unum quidem esse verum

Deum, sed Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, non esse unum illum & verum Deum. Nam manifestum est, illum esse verum & unicum Deum in trius nomine baptizamur, nam in ea regeneratione Deus nos acceptat in gratiam, ex misericordia, & nos vicissim sancti obligamur, ut hunc Deum, per quem creati & regnati sumus, cognoscamus, inuocemus & celebremus. Sed baptizamur, in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti. Hic audimus tres, nempe Patrem, Filium & Spiritum sanctum, & tamen unum est nomine, una noticia, una maiestas, una dignitas horum trium. Ergo, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, est unus idemque Deus. Sic praeclarè ait Basilius: Baptizari nos oportet, sicut accepimus, credere autem, sicut baptizamur, glorificare autem, sicut credimus, Patrem, Filium & Spiritum sanctum.

Et ille est Deus, qui ad Iordanem apparuit, in voce paterna, in specie columbae, & filio Dei. Nam Patet se à Filio discernit, & Spiritus sanctus quoque, peculiari specie, se se reuelat.

Et Symbola Ecclesiarum idem pessimum profertur. Nam omnes p[ro]ij uno ore profitentur, se credere in unum Deum, & mox subiiciunt, in Patrem, in Filium, & in Spiritum sanctum.

Fatentur autem Antitrinitarii, esse tres, & aliqui inter eos concedunt, esse tres personas, sed pernegant, eas esse coessentiales, pernegant, eas esse unicum & eundem Deum. Ratio eius rei est; Quia Filio Dei, & Spiritui sancto, nefariæ aeternitatem derogant. Et vocabulum persona non

non intelligunt, ut Ecclesia, sed tantum pro extera Dei representatione, ut in creatione, & postea.

Sed Ioannes distinguit personas, & coeteram naturam eis tribuit, cum inquit: *λόγος erat in principio apud Deum*, hoc est, antequam iste mundus crearetur, id est, ab aeterno. Ioan. 1. cap. Et i. Ioan. 5. dicitur: *Et hi tres unum sunt*. Item, Christus dicit: *Ego & Pater unus sumus*, unum, scilicet essentia, sumus, scilicet personis. Estque vetus blasphemia Simonianorum, Sabelianorum, Samosatenianorum, & aliorum haeticorum, vnam tantum esse personam unicuius Dei, quæ se se interdum ut Patrem, interdum ut Filium, interdum ut Spiritum sanctum representarit. Fons rei est, quia ratio humana hoc mysterium essentiæ diuinæ, per se nequit capere, id est extra & contra verbum Dei, eiusmodi nugas & blasphemias, magna temeritate effutit.

Falso & blasphemè docent Antitrinitarii Patrem, unum & solum, esse verum Deum, non Filium, non Spiritum sanctum: Contendunt enim; unitatem Dei, ad solum Patrem referendam esse: Atqui filius Dei ait, se & Patrem unum esse. Ioan. 10. Se in Patre, & Patrem in se esse. Ioan. 14. Et S. Spiritus, *Spiritus Patris & Filii* dicitur. Ioan. 15: Galat. 4. Coeternitas & coessentialitas, Patri & Filio tribuitur, Ioan. 1. Et omnipotencia, Ioan. 5. Imo, sine Filio, & sine Spiritu S. non est Deus Pater, ut S. literæ testantur,

Aliena, falsa & blasphemæ est interpretatio: Dicta de unitate Dei tantum esse de Patre coelesti intelligenda, non de Filio quoque, & Spiritu sancto: Nam hoc pacto euenterentur penitus multa illustria sacra Scripturaræ dicta, de diuinitate & æternitate filij Dei & Spiritus sancti. Delenda quoque essent verba Baptismi, si non ille est Deus, qui est Pater, Filius, & Spiritus sanctus: Nam in nullius creaturæ nomine baptizari vel possumus, vel debemus. Dicta igitur de unitate Dei, iuxta declarationem verbi diuini, & illustres patefactiones, in quibus tres distinctæ diuinitatis personæ apparuerunt, intelligenda sunt, & non aliter; nempe, quod tres personæ comprehendantur unitate Dei.

Falsum & hoc est: unitatem Dei, non respectu essentiæ, sed respectu Monarchiæ, autoritatis, dignitatis & summae potestatis Patris dici: Nam Pater non est absque Filio, sicut Iohann. i. dicitur: *Vnigenitus, qui est in sua Patris.* Item, Iohann. 10. *Ego & Pater unum sumus.* Item, Iohann. 5. *Pater usque modo operatur, & ego operor.* Nulla igitur in Deo Monarchia est fingenda, extra filium Dei, & Spiritum sanctum.

Præterea, quando sacræ literæ de unitate Dei loquuntur, verbum est aut sym, ponitur, quod *Essentiam* designat: Non igitur, quid gariant isti Hæretici, sed quid verbum Dei doceat, in vero timore Dei videndum est. Aliud verò est, loqui de ordine reuelationis, in verbo

verbo Dei annotato; aliud de figmento istorum fanaticorum & blasphemorum Antitrinitariorum.

Allegant præstigiatores isti hoc dictum Christi, Iohann. decimo septimo: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti IESVM CHRISTVM.* Ergo (inquit) *Filius Pater est verus & unicus Deus, non Filius, non Spiritus sanctus.* Sed est diabolica calumnia: Nam primum, Christus non hic retractat doctrinam suam, de tribus personis diuinitatis, quam toties repetierat. Nam dixerat, se in Patre esse, ac Patrem & se unum esse. Item, *Spiritum se à Patre missurum esse.* Imò post resurrectionem, in opere regenerationis, nomen Patris, Filii & Spiritus sancti coniungit. Deinde, hoc ipso loco, in donatione vitæ æternæ, quod itidem opus Deitatis est, se & Patrem coniungit.

Tertiò, ista constru ctio huius sententie, analoga fidei est, *te Patrem, & quem misisti Iesum Christum, cognoscere, solum Deum verum esse, est vita æterna.* Sic Augustinus ante nos verba ista intellexit: *Nam unicus & verus Deus, est Pater & filius Christus, sicut & verbum Dei irrefragabiliter docet, & tota Ecclesia confiteur.* Et præclarè addit Augustinus eodem loco: *Consequenter enim & Spiritus sanctus intelligitur, quia Spiritus est Patris & filij, tanquam charitas substantialis, & consubstantialis amborum, quoniam non duo Dii, Pater & filius, nec tres Dii, Pater & filius ac*

*Spiritus sanctus, sed ipsa Trinitas unus solus verus Deus. Nec idem tamen Pater, qui Filius; nec idem Filius, qui Pater, nec idem Spiritus sanctus, qui Pater & Filius, quoniam tres sunt, Pater & Filius, & Spiritus sanctus: sed ipsa Trinitas unus est Deus. Hæc ille.*

Quarto, Cyrillus in explicatione huius loci ait: *Multi creaturam, pretermisso creature, coluerunt, nec veriti sunt ligno dicere, Pater meus es tu, lapidi, tu genuisti me. Quas ob res Patrem à falsis, & solo nomine Dei, distinguens, solum verumque Deum appellat.*

Deinde atris maculis Antitrinitarij Parres conspergunt, quasi & illi solum Patrem professi sint verū Deum, excluso Filio & Spiritu sancto. Nam et si contragentiles pugnantes, Patrem dixerunt verum Deum; tamen haec doctrinam constantei tutati sunt: *Vnum esse Deum, & tres distinctas diuinitatis personas.*

Ignatius inquit, ad Philadelphenses: *Vnus est ingenitus Deus Pater, & unus genitus filius, Deus, Verbum, & Homo, & unus paraclitus Spiritus sanctus. Iustinus Martyr de Trinitate: Vnus est verus uniuersorum Deus, qui in Patre, Filio & Spiritu sancto cognoscitur. Clemens Alexandrinus, libro 3. Pedagogia: Laudemus unum Patrem, & Filium, una cum Spiritu sancto, qui unus est omnia. Tertullianus aduersus Praxeum: bis uox ipsius Sacra entum, que unitatem in Trinitatem disponit, bis dirigens Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Epiphanius, libro 2. Confitemur Trini-*

*Trinitatem, Unitatem in Trinitate, & Trinitatem in Unitate. Augustinus, libro 1. de Trinitate, cap. 4. Omnes, quos legere potui, qui ante me scripserunt, hoc intenderunt secundum Scripturas dicere, quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus unus eiusdemq; substantia, inseparabili aequalitate, divisionem insinuant unitatem. Cyrilus contra Iulianum, lib. 4. Non ignorauit Moyses, quod Deus unus, hoc est, una Deitatis natura, cum sancta & consubstantiali Trinitate adoratur, nempe in Patre, & Filio, & Spiritu sancto: Sed nemini ignotum est, Patrus legenti, reliquos etiam omnes sancte hanc doctrinam ad posteritatem tradidisse, & hereticos, Trinitatem in Unitate repugnantes, acriter refutasse.*

*Impia & blasphemica est haec doctrina Antitrinitariorum, quod dicunt, nullum esse reale discrimen personarum Diuinarum: nam, quia Filium & Spiritum sanctum ex unitate Dei contumeliose exturbant, ideo Trinitatem personarum, & unitatem in Essentia, scelerate abiciunt & condemnant. Sed, ut Spiritus vertiginis magis conspicatur, scribunt, se personale discrimen non tollere, sed reale. Filium autem & Spiritum sanctum nolunt esse personas Diuinitatis, ipsorum Patri. Extra unitatem igitur Dei hasce duas personas constituant. Sic igitur reale discrimen, inter personas Diuinitatis ipsorum exterminant. Et, ut vanitas atque impietas istorum hereticorum multis in rebus appareat, non verentur scribere: Turcas, Indiaos,*

*Philosophosq; semper unum verum Deum cognouisse.* Item, si unum duntaxat Patrem Deum profiteremur, non Filium, non Spiritum sanctum, fore, ut Turcae & Iudei conuerterentur ad Christi Ecclesiam. Inde etiam nonnulli ex Antitrinitariis ad Turcicam religionem, sine omni fronte & pudore, accesserant.

Hæc sunt prorsus Diabolica, quibus non tantum vera Dei Ecclesia, lucem veræ Dei notitiae, verbo diacono traditam, maximi faciens; sed ipse quoque Deus summa ignominia afficitur. Hoc nimirum querit Sathan, ut homines, Epicureis furoribus dementati & oppressi omnes religiones pro vna eademq; habeant. Gloriabatur miser ille Valentinus Gentilis, se se, pro eminentia Patris, fieri Martyrem; sed, non est honore debito, sed ignominia potius horribili, afficere Patrem, quando ipse solus singitur Deus, absq; Filio & Spiritu sancto, Nam Pater cœlestis suum vnigenitum Filium non vult à se diuelli,

Hæc autem Eminentia summa Patris est, quæ & nos credimus, & celebramus, quod Pater genuit Filium vnigenitum ab æterno: Filius est genitus à Patre, & Spiritus sanctus à Patre Filioq; procedit: Pater misit Filium in mundū, Filius est missus. Quando vero de vna & eadem essentia diuina dicitur, pars est Eminentia, Maiestas, dignitas, potestas, Patris, Filij & Spiritus sancti, quia hi tres vnum sunt,

Postremò, horrenda conuicia, ad quæ omnia sinorum, nè dum piorum peccata, exhorrescant & con-

& contremiscunt, spiritum maledicuum in Antitrinitariis manifestè produnt: Nam horribiliter clamitant: *Antichristi esse commentum, Deum esse unum in Essentia, trinum in Personis, esse triplicem Cerberum, esse Deum Trinomium, tripersonatum, esse Deum Baal, Moloch, &c. Symbolum S. Athanasij, vocant fidem & doctrinam Sathanasij.* Vanissimè insuperiora citant Antitrinitatij, Lutherum vix rectum Babylonicae turris detexisse, se verò ex iis fundamentis, eam exscindere. Verum impostaores isti summa Capita doctrinæ cœlestis depravant; ipsum Deum contumeliis afficiunt; Ecclesiam Christi turbant, lacerant, dedecorant; dicta sacra Scriptura petulanter depravant; testimonia Ecclesiæ rectè sentientis reiiciunt & exhibant; omnes admonitiones Ecclesiæ Dei superbè repudiant: ac sunt reuerè sylvestres apri, vineam Domini impuris rostris vastates; lupi grassantes in ouilli Christi, fures, latrones, pestes, Anathemata, quæ quidem omnes timentes Deum vitare, fugere, execrari tenentur, iuxta Præceptum diuinum, Gal. 1. Tit. 2. Nec dubium est, quia Deus istos blasphemos homines oderit, & punitus sit, tūm in hac vita, tūm in æternum, nisi egerint penitentiam.



DE IESV CHRISTO DEO ET  
HOMINE,  
PROPOSITIONES  
*contra*  
ANTITRINITARIOS.

## I.

**V**AM sit necessaria cognitio Domini nostri IESV CHRISTI, docet ipse his verbis: *Hac est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Ioan. 17.

## II.

Nemo igitur hominum, absque Christo, vitam æternam consequi potest. Ioannis tertio, Actori. 4.

Ipse

## III.

Ipse enim est *solus* constitutus totius generis humani. Luc. 2. Matth. 1. Ioh. 4.

## IV.

Et est Sacerdos in æternum, in cuius nomine preces sunt faciendæ: hoc est, propter ipsum habemus D E V M reconciliatum, & impetramus bona temporalia & æterna. Psal. 110. Ioh. 16.

## V.

Iesu Christo omnia tradiuntur sunt, in cœlo & terra, & est caput & rex Ecclesiæ suæ. Matth. 21. 28.

## VI.

Ipso & iudex omnium hominum est constitutus, qui incredulos æternis pœnis subiicit: credentes vero æterna gloria & lætitia exornabit. Matth. 25.

## VII.

Nemo nouit Patrem, nisi per Filium. Matth. 11. Iohan. 10. 14. Et nemo venit ad Patrem, nisi per eundem Filium. Ioh. 5. 14.

## VIII.

Omnibus quoq; mortalibus est à Patre cœlesti mandatum, ut hunc Iesum Christum audiant, hoc est, cognoscant, amplectantur, sequantur, ei credant. Matth. 3. 17.

## IX.

Et scopus totius sacræ scripturæ est IESVS Christus. Ioh. 5. 1. Corinth. 2.

## X.

Cardo igitur salutis omnium hominum, &c.

mnis consolationis, & omnium cultuum D E I,  
consistit in Iesu Christi Domini nostri notitia  
vera, & fide in ipsum, iuxta verbum diuinitatis  
reuelatum, & traditum in veteri & nouo Testa-  
mento. Ioh. 17. 1. Cor. 1. Ephes. 2.

## XI.

Non enim fas est vlli creaturae, aliquid de  
Christo extra verbum Dei singere.

## XII.

Christus enim ipse inquit: Scrutamini scri-  
pturas, ea enim testimonium perhibent de me. Io-  
han. 5.

## XIII.

Breuis autem descriptio ex sacris literis, hæc  
potest tradi. *Iesus Christus est Filius Dei aeternus,*  
*prefinito tempore factus homo, unitis duabus natu-*  
*ris in eo personaliter, Saluator hominum, & Do-*  
*minus omnium, & index virorum & mortuo-*  
*rum.*

## XIV.

Hæc descriptio præcipua capita complecti-  
tur, quæ hoc loco de Christo patricis reperenda  
& explicanda sunt; nempe, de æterna natura Fi-  
lij Dei, de humana natura assumpta, de vnione  
personali duarum naturarum in Christo, de que  
officio Christi.

DE AETERNA, SEV DIVI-  
NA FILII DEI NATURA.

Extitit

## XV.

**E**X TITISSE autem Iesum Christum, ante-  
quam homo fieret, indubitatus fidei articu-  
lus est ex sacris literis.

## XVI.

Nam Christus ipse hoc docet & probat, in-  
quiens: *Antequam Abrahamerat, ego sum.* Ioh.  
8. Pater, clarifica me ea gloria, quam habui Privs,  
quam mundus fieret. Ioh. 17. Pater usque modò o-  
peratur, & ego operor. Item: *Sicut Pater habet vi-*  
*tam in scipio, ita & Filio dedit vitam habere in se-*  
*ipso.* Ioh. 5.

## XVII.

*Est missus à Patre cœlesti in hunc mundum, ut*  
sapè te statur. Non potuisset autem mitti, nisi  
prius extitisset. Imò clarissimè hæc exponit, in-  
quiens: *Ex vi à Patre, & VENI in mundum, i-*  
*terum relinquo mundum, & uado ad Patrem.* Ioh.  
16. 13. Item: *Descendi de cœlo, ut faciam volunta-*  
*tem, non meam, sed eius, qui misit me.* Ioh. 6. Hæc  
verba omnes calumniatores, diuinæ in Christo  
naturæ, refutent.

## XVIII.

Et opera magnifica Christi testantur, quod  
non tantum homo sit, sed & D E I S. Nam resu-  
scitat mortuos; resurgit ex morte, tanquam vi-  
ctor eius; effundit atq; impertit Spiritum S.

## XIX.

Omnis Apostoli vno ore per Petrum profi-  
tentur, *eum esse Christum, Filium Dei unius.* Et  
Christus istam egregiam confessionem appro-

bans, inquit, eam non esse ex carne & sanguine, sed ex peculiari Dei revelatione. Matth. 16.

## XX.

Iohannes, Aquila illa altè volans, Christum & eius opera optima fide descripturus, primum luculentis verbis & argumentis docet, VERBVM (sic enim vocat Christum ante incarnationem) esse Deum, & in principio, hoc est, antequam hic mundus fieret, nūsse apud Deum, & OMNIA per ipsum facta esse, & sine ipso factum esse NIHIL, quod factum est. Deinde verò addit: Hoc verbum carnem factum esse. Ioh. i.

## XXI.

Baptista inquit: Prior me erat, & post me veniet. Ioh. i.

## XXII.

Paulus inquit diserte: Per ipsum sunt VERSA in celis & in terra, visibilia & invisibilia. Item: Et ipse est ANTE omnia, & OMNIA per ipsum consistunt, Coloss. i. Quid autem potest dici clarius, quām, eum ANTE OMNIA extitisse?

## XXIII.

David, teste Christo, Psal. 110. etiam naturam diuinam descripsit, his verbis: Dixit Dominus Dominu meo, sede à dextris meis. Si (inquit Christus) David eum vocat Dominum, quomodo filius eius est? Item: Ego hodie genu te. Sed apud Deum hodie est aeternitas, ut omnes Orthodoxi declarant.

Michæas

## XXIV.

Michæas cap. 5. inquit: Egressum eius esse ab initio, à diebus aeternitatis. Constat autem, ibi describi Christum, qui statuto tempore debebat nasci in oppido Bethlehem Iudeæ.

## XXV.

Et Daniel facit mentionem filij Dei, qui in camino ardente socius est confessorum: cap. 3.

## XXVI.

EVA ex prima promissione, Semen mulieris conteret caput tuum: intellexit, Messiam talem promitti, qui non tantum sit homo, sed & Deus. Nam postea, Caino aedito, inquit: Posedi virum ipsum Iehouah: sed fallitur, quia filium suum Cain putat esse illum Messiam.

## XXVII.

Perspicua igitur & immota est doctrina: Christum ANTE OMNIA extitisse, ut S. Paulus loquitur.

## XXVIII.

Exitit autem ab aeterno, non secundum naturam humanam, quia eam praesinito tempore suscepit, Galat. 4. sed secundum naturam diuinam.

## XXIX.

Nam Deus fuit, & appellatus est Deus, ante quam homo fieret. Vocatur enim Iehouah à Ieremia: Iehouah (inquit) iustitia nostra, cap. 23. Et Esaias inquit: Ego, Ego sum Iehouah, & prater me non est Moschiah, Salvator, Esa. 43. Item: Israel saluabitur in Iehouah salute perpetua, &c. Et Ioh. ait:

ait: *λόγῳ Deum credisse omnia, & quidem eum ipsum λόγον, qui factus est caro*, cap. 1.

## XXX.

Hoc est, *λόγος* unus Deus fuit ab aeterno, est, & erit, in omnem usque aeternitatem cum Patre & Spiritu sancto, Iohann. i. 20. Et, i. Ioh. 5. Rom. 9.

## XXXI.

Exitit autem Christus ante incarnationem, non ut propositum Dei, vel promissio quædam de futuro, sed ut *ὑπόστασις*, seu *ὑποστάτευος* quoddam; hoc est, ut persona seu substantia individua spiritualis, intelligens, viua.

## XXXII.

Exitit ut filius Dei, seu filius Patris, Psalm. 2. *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Matth. 16. *Tu es Christus, filius Dei vivi.* Ioh. 3. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, &c.*

## XXXIII.

Filius autem Patris dicitur, & est, quia est genitus ab hoc celesti & aeterno Patre, sicut scriptura loquitur: *Ego hodie genui te.* Psal. 2.

## XXXIV.

Et quidem est ex substantia Patris genitus, sicut Ioh. 1. *Vnigenitus à Patre dicitur*, hoc est, de substantia Patris natus.

## XXXV.

Et quidem hac appellatione, quod *VNIGENITVS* appellatur, discernitur ab adoptiis filijs,

lijs, quales sunt omnes, in Christum credentes, iuxta illud celebre dictum: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, quotquot credunt in eum.* Iohann. 1. Christus autem non est adoptiis filius, sed vere vnigenitus à Patre.

## XXXVI.

Sic Christus semetipsum vocat *vnigenitum filium Dei Patris*, qui sit missus in mundum, ut vitam aeternam in se creditibus daret, Ioh. 3.

## XXXVII.

Est igitur *ὁμοίος* Patri hic filius, quia *vnigenitus* est à Patre. Et disertè Christus inquit: *Ego & Pater VNM sumus.* Ioh. 10.

## XXXVIII.

Etsi autem vox *ὁμοίος* non extat in sacris litteris, iuxta syllabas, tamen res infunt. Et scribit Eusebius, etiam ab antiquioribus esse usurpatum. Socrat. lib. 1. cap. 7,

## XXXIX.

S. Paulus *PROPRIVM Dei filium appellat;* *Qui* (inquit) *PROPRIO filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum.* Rom. 8. Proprius autem filius, ab adoptiis ipsa substantia diserte & procul distinguitur, quia est à Patris substantia, cuius proprius est filius. Sed adoptiis non.

## XL.

Et quidem hic filius ab aeterno est genitus, à Patre aeterno. Hinc *primogenitus omnis creatura* dicitur, Col. 1. Heb. 1. quia ante omnes creaturas ab aeterno est genitus. Nam ante mundi

exordium mera fuit aeternitas. Et quidem ipse Paulus mox explicat hanc phrasin hisce verbis: *Ipse est ANTE OMNIA, Coloss. i.*

## XL I.

Et cum Pater sit aeternus Pater, nec ullum tempus mente concipie adum sit, quo non fuerit Pater: Ergo & Filius pariter est aeternus. Neque ullum tempus retro in omni aeternitate finendum est, quo non extiterit iste unigenitus & proprius Dei filius.

## XL II.

Quomodo autem sit genitus iste aeternus Filius, ab aeterno Patre, nemo hominum potest explicare. Et recte Ambrosius inquit: *Queris a me, quomodo, si Filius sit, non priorem habeat Patrem?* Quaro item, aste, quando, aut quomodo putas, *Filium esse generatum?* *Mibi enim impossibile est, generationis scire secretum.* Mens deficit, vox silet; non meatantum, sed & Angelorum. *Supra potestates, supra Angelos, supra Cherubim, supra Seraphim, supra omnem sensum est, quia scriptum est: Pax autem Christi, qua est supra omnem sensum.* Si pax Christi supra omnem sensum est, quomodo non est supra omnem sensum tanta generatio? Tu ergo manum ori admone; scrutari non licet superna mysteria: licet scire, quod natus sit; non licet discutere, quemadmodum natus sit. Illud negare nulli non licet, hoc querere metus est. Hactenus ille, lib. i. de Fide, ad Grat. cap. 5.

## XL III.

Sunt igitur tantum humanæ cogitationes & opinio-

opiniones, quod COGITATIONE Patris sit genitus; ita quidem, ut Pater semetipsum intuitens, abstraxerit imaginem sui, eique suam divinitati essentiam communicarit, perinde ut nostra mens format imagines cognitione, sed non impertit eis substantias, ac sunt mentis imagines evanescentes.

## XL IV.

Nam Deus hoc profundum mysterium hominibus non reuelauit.

## XL V.

Non debebat igitur haec humana opinio, quod COGITATIONE Patris natus sit hic filius, definitione Dei, tanquam articulus Fidei, infesti; quia opiniones humanæ in Theologia, ab articulis Fidei differunt quamplurimum.

## XL VI.

Imago autem Dei intuisibilis dicitur, quia per hunc Filium Deus se reuelauit huic mundo, & per hunc vult cognosci, sicut Christus inquit: *Philippe, qui videt me, videt Patrem.* Ioh. 14.

## XL VII.

Neque illa ratio firma cogit, idè dici Filiū Dei *si imaginem Dei, quia sit COGITANDO natus.*

## XL VIII.

Nam à nostræ mentis actione, ad substantiam Dei, non procedit argumentatio. Et admodum frivolum est, articulos Fidei ex cognitionibus hominum gignere.

## XLIX.

Magnifica & hæc oratio de Christo est, quæ extat Hebr. i. vbi appellatur *plendor gloria, & imago substantia eius.* Spectata autem eodem.

## L.

*λόγος* appellatur hic Filius Dei, ab officio, quia (vt adiicit Iohannes) *Deum nemo vidit unquam, VNIGENITVS filius, qui est in sinu Patris, ipse ENARRAVIT nobis.* Ioh. i.

## LI.

Hæc explicatio certa & dulcis est. Et hinc Irenæus inquit: *Filiū locutum ēst eccliam Patribus.* Imò & factus homo, functus est ministerio decendi publicè, & ascendit in altum, vt Doctores, Euangelistas, & Pastores Ecclesiæ suæ largiretur. Loquitur igitur adhuc in Ecclesiæ per vocem sui verbi, sicut ipse ordinavit, convertit homines, & saluat.

## LII.

Pulchrè autem Iohannes & solide doctrinam de diuina Christi natura complectitur, capite sui Euangeli primo.

## LIII.

Nam docet, *λόγον esse personam, quia ait, cum extitisse in principio.*

## LIV.

Et quidem distinctam esse personam à Patre; quia ait, *λόγον in principio apud Deum extitisse.*

## LV.

Ethanc personam docet esse Deum, hoc est, natu-

natura diuina præditam, quia inquit: *λόγος erat Deus.*

## LVI.

Tribuit ei coëssentialitatem cum Patre, quia vocat eum *unigenitum à Patre.*

## LVII.

Et coæternitatem, quia ante mundum extitit.

## LVIII.

Et coomnipotentiam, quia *OMNIA creavit;*

## LIX.

Et patrem Maiestatem, quia non minus etim appellat *Deum*, quam Patrem, apud quem extitit ab æterno.

## LX.

Ecclesiæ Christi omnibus seculis hanc de Filiō Dei æterno, antequam homo fieret, doctrinam, fideliter & piè professæ sunt, & aduersus omnis generis hæreticos constanter defendebunt.

## LXI.

Nam omnibus æstatibus Sathan diuinitatem Christi oppugnare conatus est; vt pote per Iudeos, per Ebionem & Cerinthum, per Simonem Magum, per Saturninum, Montanum, Sabellium, Arium, Asterium, Macedonium, Marcellum, Photinum, Eunomium, & similes. Et nostro tempore per Seruetianos: de quibus postea.

DE HVMANA IN CHRI-  
STO NATVRA.

## LXII.

**H**VNC autem ipsum Dei Filium, qui ab æterno exitit, præfinito tempore factum esse hominem, hoc est, assumptissime Naturam humanam, similiter indubitatus Fidei articulus est.

## LXIII.

Nam Iohannes rotundis & perspicuis verbis asseuerat, *Verbum esse carnem factum*. Ioh. 1. Et Paulus inquit: *Postquam tempus impletum est, misit Deus Filium suum, natum ex muliere*. Galat. 4.

## LXIIIIL

*Et Lucas historiam natuitatis diligenter expositus*. Luc. 2.

## LXV.

Estque hæc incarnatio Filij Dei facta, iuxta promissiones diuinæ: hoc est, Deus sic decretum suum reuelauit, quod Messias futurus esset homo. Gen. 3. *Semen mulieris conteret caput tuum*. Gen. 12. 22. *In seminé tuo benedicunt omnes gentes*. Esa. 9. *Puer natus est nobis, Filius datus est nobis, &c.*

## LXVI.

*Conceptus autem est de Spiritu sancto*, sicut Archangelus Gabriel, Luc. 1. & Matth. 1. docebat, & nos omnes in Symbolo Apostolico confitemur.

Et na-

## LXVII.

*Et natus est ex Maria virgine, sine virili semine*, vt canit Ecclesia. Idque Gen. 3. Esa. 7. Ier. 21. erat prædictum. *Ecce Almah* (inquit Elias) *concipiet, & pariet Filium*.

## LXVIII.

Ac verè Filius Dei homo factus est, corpore & anima.

## LXIX.

Sed absque tamen contagio peccati originalis, natus est virtute Altissimi, quia *debebat, non pro suis, sed pro aliorum hominum peccatis satisfacere*. Luc. 1. Ioh. 8. Esa. 53.

## LXX.

Marthæus Euangeliſta inquit, *Christum esse Filium Abrahæ & filium David*. Nam certitudinis gratia Deus promissionem, de natuitate Messiae, ad eas familias alligarat. Gen. 12. 1. Regum 7.

## LXXI.

Et iuxta hanc natuitatem Christus se se creberrim vocat *FILIUM HOMINIS*. Vult enim hoc notum & certum esse, se se verè hominem esse factum, propter salutem hominum. Luc. 19. Matth. 9.

## LXXII.

Sicut autem iuxta Naturam diuinam, qua est æternus Dei Filius, est immortalis, & impassibilis: Ita iuxta Naturam humanam est passibilis, mortalis, potest contrectari manibus, sitit, bibit, comedit, plorat, defatigatur, &c. quam-

uis nunc, in glorificatione sua, eiusmodi passionibus non sit obnoxius.

## LXXXIII.

Sunt autem hæc omnia, quæ humanæ in Christo naturæ competant, ordinata, & absque vitio aut peccato.

## LXXXIV.

Damnamus itaque Simoniacos, Saturninos, Marcionistas, Manichæos, & similes, qui dicunt, *Filiū Dei tantum putatiū, umbratiliter, ac fallaciter esse factū hominem.*

## LXXXV.

Et Valentianos, qui finxerunt, *Christum è cælo carnem suam attulisse, & transfigisse Christum per Mariam, tanquam aqua per canalem;* hoc est, nihil ab ea accepisse.

## LXXXVI.

Et Apollinarem, qui nugatus est, *Filiū Dei corpus duntaxat, & non animam suscepisse.*

## LXXXVII.

Item: Qui fabulati sunt, *per cohabitationem coniugalem Iosephi & Mariae, ut reliquos homines, natum esse Christum.*

DE VNIONE NATVRARVM  
duarum in Christo.

## LXXXVIII.

**D**VX itaque Naturæ sunt in Christo, scilicet diuina & humana, vt videre est, Iohan. i.  
Luc. i.

Sed.

## LXXXIX.

Sed tamen non sunt duæ personæ in Christo; sed unus est Christus, & is est una persona Immanuēl, δεδιδωπτός, Deus & homo.

## LXXX.

Sed facta est VNO duarum Naturarum in Christo, miranda & inexplicabili ratione. Ac satis habemus, quod ex verbo Dei scimus, & credimus, factam esse eam vniōnem, licet eam nec mentibus nostris satis asseQUI, neque verbis sufficienter exprimere valeamus.

## LXXXI.

Filius Dei fuit persona ab æterno, integra & perfecta, antequam humanam naturam assumeret. Psal. 2.

## LXXXII.

Hæc autem secunda diuinitatis persona sola præstituto tempore assumpit humanam naturam in vniōnem personæ, non Pater, nec Spiritus sanctus.

## LXXXIII.

Nam de λόγῳ tantum, qui est vniigenitus Pater cœlestis filius, doceatur, quod verbum caro factum fit. Ioh. i.

## LXXXIV.

Nec fuit, neceſt, nec futura est vñquam, humana natura in Christo, peculiaris seu separata persona: Sed, in momento illo, quo Filius Dei homo factus est, in vniōnem personæ assumpta est.

## LXXXV.

Nec est tantum societas quædam, aut copiatio naturarum qualisunque: Sed est personalis, seu hypostatica unio, sicut prudenter locutus sunt veteres.

## LXXXVI.

Christus igitur Deus & homo, una est persona: Non sunt duas personæ, sicut duas reuerat Naturas habet, diuinam & humanaam.

## LXXXVII.

Facta est porro hæc personalis Unio, citra omnem iniuriam & detrimentum diuinæ. Et recte dicitur: *Manit, quod erat, & quod non erat, assumptus.*

## LXXXVIII.

Et quamvis facta sit hypostatica, vera, & admirabilis unio duarum naturarum in Christo, tamen nulla prouersus facta est commixtio, aut confusio Naturarum.

## LXXXIX.

Manent quoque distinctæ Naturæ, humana scilicet & diuina, in Christo, licet arctissima vione, & quidem hypostatica, sint unitæ.

## XC.

Et utrumque Christus ipse, & tota sacra Scriptura proficiuntur, quod Christus sit & Deus & homo, Deus verus, & homo verus.

## XCI.

Nec sunt exæquatæ illæ Naturæ in Christo, sed manet inter eas discrimen æternum, licet vione personali iunctæ sint, Nam humana Natura

tura in Christo, vt fuit, ita est, & erit, in omnem usque æternitatem inferior diuina,

## XCII.

Licet Natura humana in Christo, ut pote personaliter unita Filio Dei, tantam Maiestatem, dignitatem, potentiam, honorem acceperit, quantum nullus alius homo quantuscunque, in omnem usque æternitatem, accepturus est.

## XCIII.

Sed quæ & quanta sint communicata naturæ humanæ in Christo, citra omnem naturarum utrariumque confusione, alio tempore expli-candum erit. In praesentia enim in hoc nostro scopo consistemus,

## XCIV.

Hæcautem mysteria omnia non oriuntur ex ratione humana, neq; ex ea sunt estimanda, sed ex verbo Dei, & in primis ex hoc fundamento: *Verbum caro factum est.*

## XCV.

Consilium autem Dei, in hoc mirando ope-re, procul dubio ad salutem totius generis humani spectat,

## XCVI.

Nam proprium suum Filium voluit fieri Redemptorem; quia nulla sua creatura potuisse sustinere & vincere, iuxta ipsius Dei iudicium, peccata omnium hominum, Legis penas omnes, peccatis illis destinatas, mortem, tyrannidem Diaboli, infernum.

Nam

## XCVII.

Nam & pro pœna transgressionum, erat torti Legi quām plenissimè satisfaciendum, & integrissima obedientia erat exactissimè præstanta atque exhibenda ipsi Deo.

## XCVIII.

Voluit igitur Deus ingens & incenarrabile testimonium, suæ erga genus humanum dilectionis, exhibere, ut Filius Dei inquit: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.* Ioan. 3.

## XCIX.

Filius Dei condidit omnia, & ornauit genus humanum Imagine Dei, cum Patre & Spiritu sancto, Gen. i. Voluit igitur & ipse suum inexplicabilem amorem erga homines, hac ipsa re declarare, quod ipsem fuisse tātōpere humiliat. Phil. 2. ut homines Imagini Dei restituat,

## C.

Deinde; Quia Redemptor generis humani debebat in eternum imperare morti & diabolo, & distribuere iustitiam & vitam æternam. Id quoque nulli creaturæ soli competebat.

## CI.

Hominem vero eundem Messiam volebat Deus esse, quia lapsus erat ab hominibus factus, ut etiam per hominem, iuxta Legis postulationem, fieret satisfactio. Nam Iustitia Dei secura, laesa peccatis ab hominibus, vicissim compensationem requirebat.

Cum

## CII.

Cum itaque diuinitas non posset mori, idēc Filius Dei sit homo, &c, ut victimam, sese patitur mactari & immolari. Ioan. i. Phil. 2.

## CIII.

Deinde ad eidētiorem consolationem, & honorem generis humani, Redemptor noster est homo, frater noster, & collocatur ad dexteram Maiestatis, ut maiori fiducia ad eum accedamus, & sciamus, eum nos defendere posse & velle, imo, ut credamus, eum nos ex morte resuscitaturum, & æterna gloria ornaturum esse.

## CIV.

Decet igitur nos, ut in hac quoque vita, ista amplissima Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti beneficia agnoscamus, extollamus, prædicemus. In æterna autem vita, ista celebratio erit perpetua, & multo præclarior,

## CV.

Relicimus autem omnes, qui hanc doctrinam criminantur, aut depravant. In primis vero Nestorianos, qui sua doctrina duas personas in Christo constituunt, sicut, quæ sunt Naturæ in ipso.

## CVI.

Verè etiam Maria est Deipara, quia personaliter peperit, quæ Filius Dei est, ac personaliter humanæ naturæ unitus est,

Et

## CVII.

Et Eutychiana & Stenckfeldica deliria damnamus, quod vna natura in alteram transferit, confusa, aut permixta sit.

## DE OPERIBVS CHRISTI.

## CVIII.

**O**pera autem, quibus se se Filius Dei in hoc mundo reuelauit, sunt amplissima & maxima,

## CIX.

Nam *omnia per ipsum condita sunt*, inquit Ioannes, nec tamen Pater & Spiritus sanctus excluduntur.

## CX.

*Et omnia per hunc Filium Dei consistunt*, Heb. 1. hoc est, creat adhuc omnia in hoc mundo, sustentat omnia, implet omnia sua benedictione.

## CXI.

Non enim casu quodam hic mundus consistit in ordine, ac vigore, neque casu species animalium propagantur & conseruantur, sed ista sunt dextera & virtute Excelsti, in cuius manu sunt omnia.

## CXII.

Et hinc est illa ardua Christi Filij Dei, oratio. *Pater usque modo operatur, & ego operor.* Ioan. 5.

## CXIII.

Deinde haec diuina persona, etiam ante Incarnationem, doctrinam de Deo, & voluntate Dei, hominibus ex calo protulit & reuelauit, vt

Ioan-

## D. CVNRAD. SCHLYSSELE.

## 43

Ioannes docet: *Deum nemo vidit usquam, Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse nobis reuelauit.* Et hinc ei nomen τὸ ἄλιον indidit, vt supra ostendimus.

## CXIII.

Et, cum hoc verbum caro factum esset, (vt Ioannes loquitur) partes docendi publicè in India subire voluit, & summos Fidei articulos, de sacro-santa Trinitate, de Euangeliō, de Iustificatione per fidem in se, de inuocatione in nomine Christi, & reliquo illustrauit.

## CXV.

*Abrogauit etiam vetus Testamentum, nouumq[ue] constituit, additis promissioni gratiæ nouis Sacramentis, Baptismi & Cœnæ Dominicæ.*

## CXVI.

Imò etiam Ministerium docendi instituit, quod per totum terrarum orbem currere atque propagari debeat, & promisit suam præsentiam & efficaciam, usque ad consummationem seculi, Matth. 28.

## CXVII.

Tertiò, redemit genus humanum suo preciosissimo sanguine, & obedientia perfectissima, à peccato, à Legis maledicto, à tyrannie Diaboli, à morte & inferno, Matth. 5. Ioan. 10. Roman. 5. Phil. 2. Hebr. 9.

## CXVIII.

Nam alia ratione, iuxta ipsius Dei iudicium & decreta, homines Deo reconciliari & saluari minime potuerunt, quam isto. Rom. 8.

Hinc

## CXXIX.

Hinc est, quod Psalm. 2. dicitur; *Postula a me,  
Et ab oib[us] tibi gentes hereditatem tuam.*

## CXXX.

*Et est noster Mediator Et Sacerdos in eternum,  
secundum ordinem Melchisedeck, qui Et interpellat  
pro nobis. Psal. 110. Rom. 8. Heb. 7.*

## CXXI.

*Quartò, resuscitavit aliquot mortuos Christus,  
dum in hoc mundo visibiliter versaretur. Sed  
in nonissimo die omnes homines resuscitabit, Et iudi-  
cabit, ita, ut pro suo iudicio, iam tum in verbo  
reuelato atque expresso, increduli omnes, circa  
omnem dispensationem, in flaminas inferni sint  
abiiciendi. Credentes vero omnes, secum in  
æterna gaudia sint transferendi. Matth. 25.*

## DE ANTITRINITARIIS.

## CXXII.

**H**isce Fidei nostræ fundamentis iactis, iam  
facilè patet Antitrinitariorum errores at-  
que blasphemias, cum eis veluti è diametro pu-  
gnantes, meritò taxandas, reiiciendas, &c, iuxta  
Pauli doctrinam, *anathematizandas esse. Gal. 1.*

## CXXIII.

Nequaquam enim Religio Christiana est  
confusio quedam variarum, & quidem contra-  
dictoriarum doctrinarum.

## CXXIV.

Sed tota Christi Ecclesia alligata est ad Chri-  
stum

Etum sponsum, eiusque verbum, tali quidem ra-  
tione, ut omnia falsa dogmata vitare, repudiare  
& execrari teneatur, idque sub periculo anima-  
rum suarum.

## CXXV.

Et quidem, cum res ipsa manifestè ostendat,  
atque euincat, Antitrinitarios presentes, & omnia  
Arianorum veterum, quantumvis terra & secula  
dogmata, resuscitare, repetere, & improbè de-  
fendere, ideo seuerius redarguendi & repre-  
mendi sunt.

## CXXVI.

Damnamus itaq; hanc ipsorum blasphemiam,  
*Filiū Dei non fuisse ab aeterno, sed tūm primum  
Et substantiam eius, Et hoc Nomen capisse, quando  
in Maria de Spiritu sancto conceptus, Et ex eana-  
tris sit.*

## CXXVII.

Hac enim COETERNITATE Filio Dei ad-  
empta, postea reliquias blasphemias omnes, ve-  
luti ex fonte, inde producunt.

## CXXVIII.

Sed nostra Fides non pendet ex arbitrio Ra-  
tionis, aut dictatis cuiusquam hominis, aut An-  
gelij, multoq; minùs ex calumniis Diaboli & or-  
ganorum ipsius, sed ex ore Altissimi Dei.

## CXXIX.

Idem aurem Deus, qui in veteri Testamento  
inquit: *Filius meus es tu, Ego hodie genui te, Psal. 2.*  
is in nouo Testamento clara voce ex cœlo, hanc  
vocem applicans, inquit: *Hic est Filius meus dile-  
ctus. Matth. 3.17.*

## CXXX.

Et idem Pater ex sublimi cœlo hoc Mandatum profert: *Hunc audite. Vult igitur omnia, quæ de Deo, Iustitia & vita æterna credenda ac tenenda sunt, ex hoc studio Filio cognosci & disci.* Math.17.

## CXXXI.

*Is verò disertè inquit, sese ex cœlo descendisse, & venisse in hunc mundum. Item: Sese ante hunc mundum, gloriam habuisse summam apud Patrem cœlestem. Item: Ante Abraham sè extitisse. Item: Semper in hoc mundo cum Patre operatum esse.*

## CXXXII.

Vult etiam D. e v. suis Apostolis credi, eorumque doctrinæ insignia testimonia addidit. Sed Ioannes, inter Apostolos non postremus, clarè inquit, *Vnigenitum Dei Filium (quem alio appellat) extitisse ante huius mundi exordium, & omnia per ipsum esse facta, & hunc Vnigenitum Dei Filium factum esse hominem.* Idem verò & cæteri Apostoli uno ore testificantur.

## CXXXIII.

Hinc Ecclesia Christi, omnibus temporibus, eam Fidem constanter professæ est, & defendit: *Filium Dei scilicet, extitisse ab aeterno, antequam humanam naturam assumeret.*

## CXXXIV.

Manifestum itaque est, *Christum dici Filium Del*

*Dei, non respectu humanae naturæ, quæ coepit in Maria, sed divina, quæ aeterna est.*

## CXXXV.

Et quidem Scriptura Christum vocat filium Dei, tantum eam ob causam, quia iuxta diuinam naturam ex Patre genitus est, ut Ioánes testatur, vocans eum *vnigenitum à Patre.*

## CXXXVI.

Nusquam verò in sacris literis vocatur *vnigenitus à Spiritu sancto*, licet de Spiritu sancto conceptus sit; hoc est, licet Spiritus sanctus hoc mysterium operatus sit, ut sine virili semine virgo Maria hominem veritati ex suo tantum sanguine, conciperet & pareret:

## CXXXVII.

Nam humaanam suam naturam Christus non habet ex natura Spiritus sancti, quia is non est præditus humana natura.

## CXXXVIII.

Spiritus sanctus itaque non potest dici Pater Christi, iuxta humaanam naturam.

## CXXXIX.

Sed diuinam suam Naturam Christus ex Patre cœlesti, atque aeterno, & quidem ab aeterno, habet:

## CXL.

Quia est *vnigenitus à Patre*, ut verbum Dei luculenter docet; hoc est, ex substantia Patris natus.

## CXLI.

Damnamus itaq; & hanc Antitrinitariorum

blasphemiam, Filium Dei non esse ὄμοιον Pat-  
tri. Nam *vnigenitus est ex Patre*: & Christus di-  
sertè inquit, *se & Patrem vnum esse*, Loquitur  
autem eo loco de substantia.

## CXLII.

Acrestè antiqui Doctores, hanc vocem, Ari-  
rianis blasphemis & furoribus opposuerunt, &  
fallacem illam vocem, quam præstigiatores sub-  
stituebant in Sirmiensi Synodò, nempè ὄμοιον,  
reiecerunt.

## CXLIII.

Nequaquam enim fas est, ambiguis dictis &  
cothurnis in doctrina de summis Fidei articulis,  
ludere, & errores fucis quibusdam pingere.

## CXLIV.

Neque verò illud cauillum moramur, ista vo-  
cabula, ὄμοιος, coessentialis, & similia, non exta-  
re in facili literis, quia res ipsas tradunt.

## CXLV.

Et Ecclesia Dei, coacta summa necessitate,  
quia cum hæreticis pugnauit, prudenti consi-  
lio, ac docendi gratia, his vocabulis vfa est.

## CXLVI.

Imò, si de rebus esset consensus, facilima fo-  
ret de verbis transactio. Sed isti Ariani ipsam  
æternam Filij Dei Naturam atque existentiam,  
contra sacras Scripturas, nefariè auferre co-  
nantur. Non itaque mirum est, rebus subla-  
tis, eos tanta rabie ipsas voces mordere & alla-  
trare.

Sed

## CXLVII.

Sed non est æquum, vt Ecclesia de suis for-  
mulis loquendi, verbo Dei contentaneis, & gra-  
ui authoritate receptis, hæreticis cedat, ac pe-  
tulantium ingeniorum somnia & perplexas  
phrases amplectatur: Sed conuenientius est, vt  
hæretici sermonem Ecclesia accipiant, & cum  
ea loquantur.

## CXLVIII.

Damnamus & hosce Antitrinitariorum furo-  
res, *Filium Dei non fuisse PERSONAM ab aeterno,*  
*nec secundam esse Trinitatis personam.*

## CXLIX.

Nam Ioañines clare inquit, *λόγον ab aeterno fuisse apud Deum*. Iam, si extitit λόγος ante mun-  
dum, hoc est, ab æterno, & quidem A PRO  
Deum, Ergo & persona, & quidem distincta  
persona est à Patre.

## CL.

Imò hinc *vnigenitus à Patre* dicitur, quia non  
est ipse Pater, sed Filius patris: Ergo & distincta  
persona à Patre est.

## CLI.

Non enim alloquitur seipsum Pater, sed alte-  
ram personam, cum inquit: *Filius meus es tu, ego  
hodie genui te.*

## CLII.

Et sic distinctè, tanquam de duabus personis,  
Christus loquitur, quando de se, tanquam Filio  
Dei, & de Patre suo, non mundo, sed cœlesti  
& æterno loquitur.

50 DE ANTITRINITARIIS

CLIII.

Impia quoque & blasphema est Antitrinitatiorum vox; *Filium Dei ante incarnationem tantum fuisse sapientiam, voluntatem, pronunciacionem Patris, non i[n]t[er]osu[m], non i[n]fis[u]m quidam.*

CLIII.

Hanc autem Sāmosatenianorum insaniam; Ecclesia Dei iam olim solidis Scripturæ sanctæ fundamentis damnauit, & exterminauit.

CLV.

Nam Ioannes ait: *eum ipsum λόγον, qui creavit omnia, extitisse A P Y D. D E V M.* & postea carnem esse factum.

CLVI.

Sed nusquam dicit Scriptura: voluntatem Dei factam esse carnem.

CLVII.

Christus inquit: *Se descendisse ex cœlo.* Nusquam autem dicit Scriptura: *Voluntatem Dei ex cœlo descendisse.*

CLVIII.

Filius Dei appellatur *vni genitus à Patre: vni genitus in sinu Patris.* Ergo est *i[n]b[ea]t[us]* quædam, genita à Patre, & distincta à Patre.

CLIX.

Reiicienda igitur & hæc Antitrinitariotum affirmatio est: *C O G I T A T I O N E M D e i fuisse filij generationem.*

CLX.

Nam; (vt supramonui) nusquam sic loquitur verbum

D. C V N R A D. S C H L Y S S E L B. 51  
verbum Dei, & hac ipsa locutione insanii Antitrinitarij (vt vides) ipsam *i[n]b[ea]t[us]* æternam Filio Dei impie ac scelerate auferre moluntur.

CLXI.

Damnamus & hoc navorū Arianorum blasphemum delirium, *Christum tantum Filium Dei esse factum, quando homo factus est, non prius: Nec Deum Patrem Christi appellandum, priusquam homo fieret.*

CLXII.

Nam ed Sathan per hæc sua mancipia excurrit, vt de æterna Maiestate hunc Dei Filium, capitibus sui contritorem, ex mera & inexplicabili inuidia deiiciat, summaq[ue]; ignominia afficiat.

CLXIII.

Sed res manifesta & immota est, *Vnigenitum à Patre dici Christum,* non respectu humanæ naturæ, neque respectu conceptionis de Spiritu sancto, sed respectu diuinæ atque æternæ naturæ.

CLXIV.

Et, de hac æterna sua *i[n]b[ea]t[us]* inquit: *Ante quam Abraham erat, Ego s v m.* Ioan.8.

CLXV.

Et hunc, ait Paulus, *comitatum esse populum, suum in deserto.* i. Cor.10.

CLXVI.

Item inquit: *Deum misisse Filium suum, natum de muliere.*

CLXVII.

Christus ipse, cùm de suo Patre cœlesti loqui-

32 DE ANTITRINITARIIS  
tur, sese vocat *Filiū Dei*, ac respectu suae Incarnationis ex Maria, nusquam sese *Filiū Dei*, sed *Filiū potius hominis* appellat.

### CLXVIII.

Hincinquit: *Oportet me esse in his, que PATRIS mei sum. It: m: Pater, clarifica me. Ego in Patrem, &c. In his autem dictis, non loquitur de Natura humana, sed de diuina.*

### CLXIX.

Est igitur vniuersalis Regula. *Nusquam sese Christus vocat Filiū Dei, respectu humanae naturae: Sed tantum respectu divinae.*

### CLXX.

Consentient autem & Prophetarum, & Apostolorum dicta, hac in parte.

### CLXXI.

Calumniam itaque afferunt Ariani Angelicę concioni, quasi ideò tantum Christus dicatur Filius Dei, quia conceptus sit de Spiritu sancto, & natus ex Maria virgine.

### CLXXII.

Nam Gabriel verumque docet; primum, concipiendum esse Messiam in utero incorrupta virginis Mariæ: Ac deinde, eum futurum esse Magnum, & *Filiū Dei* vocandum, hoc est, cognoscendum & prædicandum.

### CLXXIII.

Vult enim hoc notum esse, *Filiū Dei* suscipere Naturam humanam, iuxta decretum & *perfectiones Dei*.

Vtrum;

D. CYNRAD. SCHLVSSELB. 33  
CLXXXIII.

Vtrumque igitur in Christo agnoscendum & prædicandum est, videlicet, quod sit Deus & homo, hoc est, *Filius Dei* aeternus, factus homo, propter hominum salutem.

### CLXXV.

Damnamus itaque pio Zelo, & iuxta mandatum Dei, diras illas contumelias & blasphemias, quas ista organa impuri spiritus euomunt, nempe:

### CLXXVI.

*Filiū Dei non incarnatum esse, id, quod perfricta fronte opponitur dicto S. Pauli: Deus misit Filium suum, natum ex muliere. Galat. 4.*

### CLXXVII.

*Eternum Dei Filium esse fictum, esse figuratum Antichristi, contra testimonia luculenta, Ioh. 1.*

### CLXXVIII.

*Non confitare Christum duabus naturis: Nec factam esse Unionem hypostaticam. Imò, vniuersam hypostaticam esse MONSTRVM, contra hoc illustre dictum; Verbum caro factum est.*

### CLXXIX.

Damnamus & hanc blasphemiam, Christum tūm demum factum esse Deum, quādō est conceptus, & natus, in Maria, &, cūm ei omnia data sunt à Patre, & ante hoc tempus non fuisse Deum.

### CLXXX.

Extrema enim haec est impudentia, ex superioribus nascens. Sed Iohannes aboy ante

54 DE ANTITRINITARIIS  
incarnationem expreſſe vocat Deum, eiisque attribuit diuinam in creatione rerum omnipium potentiam. Est autem ille aeternus ab ipso, ipſe unigenitus a Patre. Et Christus testatur, ſeſe, ante hunc mundum conditum, apud Deum Patrem in magna claritate extiſſe.

CLXXXI.

Et illa dicta, quibus & ſeſe obſcenant, & alios familiariter conantur furiosi Antitrinitarij, non loquuntur de aeterna Christi natura; ſed de humana, personaliter ynitia Filio Dei, quae summa excellentia, potentia, honore, Maiestate donata eſt.

CLXXXII.

Nam diuina Christi natura ab omni aeternitate habuit & posſedit omnia cum Patre & Spiritu sancto, quæcunq; vero Deo competunt.

CLXXXIII.

Est igitur & iſta nouorum Arianorum blasphemia damnanda: *Aliter eſſe Patrem Deum, & aliter hunc Dei Filium eſſe Deum.*

CLXXXIV.

Hoc enim tali ratione euoluunt; Patrem eſſe Deum ab aeterno; Filium vero non eſſe Deum ab aeterno, ſed a tempore coceptionis & nativitatis ex Maria, iamque tantum eſſe Deum ab annis 1597. Item; Patrem eſſe Deum a ſeipſo; Filium eſſe Deum factum, ſeu factitium. Patrem habere omnia a ſeipſo; Huic omnia tradita eſſe a Patre, Patrem eſſe superiorē Deum; Hunc Filium eſſe Deum Patre minorem. Patrem eſſe ſubſtantia Deum; Hunc vero Filium eſſe tantum

D. CYNRAD. SCHLVSSELB. 55  
tantum data atq; confeſſa potentia Deum, hoc eſt, hominem merum, potentia Dei praeditum.

CLXXXV.

Sed haec blasphemiae ſunt atroces, ad quas omnes pij aures suas obſtruere debebant. Sunt autem superioribus testimonij luculentēr & potenter omnes refutatae ac prostratae. Nam illud ipsum verbum, quod fit caro, hoc eſt, unigenitus a Patre, ante mundi creationem eſt Deus omnipotens. Nec inquit scripture, *Deum fecisse Deum*, ſed *Patrem genuisse Filium*. Ac licet Filius genitus sit a Patre, communicata ei natura diuina (vt Ecclesia loquitur, declarationis gratia) & omnia acceperit a Patre: tamen eſt unus Cō-Patri, & coomnipotens, & coaeternus. Ac nequaquam Patre minor eſt, iuxta Effientiam ſuam diuinam, ſed iuxta naturam humanam. Et de tempore ſuæ humiliactionis loquitur Christus, ac diſcernit, *ſe miſſum a mitiente Patre.*

CLXXXVI.

Idem itaque Deus eſt filius ille Dei, qui Pater & Spiritus sanctus, tantum vero perſona dif fert, iuxta patefactiones, in ſacris literis traditas.

CLXXXVII.

Damnamus & illa Seruertiana portenta, ex Valentianorum lacunis petita, *carnem Christi de celo allatam, & animam Christi ex mundi animalibus conflatam.*

CLXXXVIII.

Nam ſacrae literæ docent, *Christum*, quod

humanam naturam, natum ex Maria, ex semine Davidis & Abrahami. Matth. i. Luc. i. Rom. i. Galat. 4.

## CLXXXIX.

Fanaticum & hoc eius commentum est, car-  
nem Christi in Deum esse conuersam.

## CXC.

Sed Christus disertò inquit: *Spiritus carnem  
& ossa non habet, ut videtis me habere.* Luc. 24.

## CXCI.

Rejecimus & hanc Serueti insaniam: *Etiam si  
homines non peccassent, tamen Christum hominem  
praedestinatum esse.*

## CXCII.

Nam hæc cum vniuersa sacra Scriptura pu-  
gnant, quæ docet, tantum propter peccatum  
hominum, filium Dei factum esse hominem, ut  
homines ex peccato & morte liberaret, & ty-  
rannidem Diaboli aboleret. Luc. 19.

## CXCHI.

Ex hisce intelligunt omnes veræ Ecclesiæ  
Christi ciues: Primum, doctrinam de Iesu Chri-  
sto Deo & homine, quem nostra Ecclesiæ pro-  
fidentur, esse certam, dilucidam, firmam & im-  
motam, ex ipsis sacrarum literarum fontibus, &  
perpetuo sinceræ Ecclesiæ Christi consensu ac  
professione scaturientem.

## CXCHII.

Non igitur patiamur nos ab ea, villis calum-  
nijs aut præstigijs vllorum hominum, aut Dia-  
borum, auelli.

Nam

## CXCV.

Nam primum Decalogi præceptum, nos ad  
istius tantum Dei notitiam obligat, qui in verbo  
suo se patefecit, scilicet, quod sit unus Deus, Pa-  
ter, Filius, & Spiritus S. Nec sit aliud Deus.

## CXCVI.

Deindeverò intelligunt omnes rectè agno-  
scentes & timentes D e u m , cohorrem illam  
Antitrinitariorum, seu notiorum Arianorum,  
immanem, ac prorsus Diabolicam inimicitiam  
aduersus filium Dei exercere, eiique substantiam  
& Maiestatē æternam derogare. Delere Deum;  
quia extra hunc Deum, qui est Pater, Filius, &  
Spiritus sanctus, non est aliud Deus. Delere  
scripturam sacram; quia expunxerat hoc articu-  
lo, de æterna diuinitate filii Dei, expungitur &  
verbum Dei. Delere pietatem vniuersam, quæ  
absq; hac Christi notitia nulla est. Delere con-  
fessionem aduersus mortem & Diabolum. De-  
lere vniuersam Christi Ecclesiam. Vbi enim eius  
notitia vera extincta est, ibi & Ecclesia eius perit.

## CXCVII.

Rectè igitur Ecclesiæ Dei, tum blasphemati-  
sta nouorum Arianorum dogmata, tum ipsos  
quoq; blasphematos ac pertinaces eorum Docto-  
res reiiciunt, dominant, & anathematizant, iuxta  
regulam S. Pauli: *Si quis aliquid Euangeliū pra-  
dicārit, sit anathema.*

## CXCVIII.

Et, iuxta Ioannis præceptum: *Nec Avi ois di-  
pendū est, nec recipiendi sunt in domos.* 2. Ioh. epist.

Ac decet magistratus Christianos hac in parte suo quoq; officio fungi, iuxta Paulinam institutionem, Rom. 13. ne patiantur Deum verum, & cuius sunt vicarii in terris, & à quo habemus omnia, tantis contumelijs alpergi & dedecorari.

*Filio Dei aeterno, qui factus est homo, sit gloria in secula seculorum, Amen.*

## EXPLICATIONES QVARVN- dam quæstionum, pertinentium ad locum de D e o.

*Eftne Deus Species vel Individuum?*

Respondeo:

**N**O MEN DEI est individuum. Et quamquam potest communicari tribus personis diuinitatis, quæ & ipsæ sunt individuum; tamen, quia sic se Deus patefecit, quod vnuis sit, nequam dici potest, D E V M esse speciem. Et quamquam non reperiantur alia similia exempla; tamen nudè & simpliciter acquiescendum est in patefactione D E I , facta in verbo. Huc pertinet obseruatio Theologorum, qui dicunt; *Dens est Trinitas: id est, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, Sicut anima est omnis eius potentia, de quibus singulis prædicatur, quod sit anima, nec tamen plures sunt animæ, sed vna tantum est; verum plures eius potentia: Ita de perso-*

D. CUNRAD. SCHLVSSELB. 59

personis Trinitatis singulis prædicatur, quod sit Deus, nec tamei tres Dij aut Domini sunt, sed vnuis est Deus, vnuis est Dominus, vt in Symbolo Athanasij dicitur.

*Quomodo vnuis est Deus?*

Respondeo: Non specie, genere, aut aliis consimilibus modis vllis, sed essehtia, quæ vna est in diuinitate omnium & singularium trium personarum: & numero. Non enim plures Dij sunt, sed vnuis est Deus.

*Cur sacra Scriptura vtitur in S. lingua plu-  
rali numero, Elohim, Dij?*

Respondeo: Non, vt plures esse Deos asserat, sed propter personarum pluralitatem in vna essentia diuina. Alia est enim persona Patris, alij Filij, alia Spiritus sancti. Sed, non alius est Deus Pater, alius Deus Filius, alius Deus Spiritus sanctus, verum idem Deus: & haec tres simul personæ vnuis ille verus & aeternus Deus omni-potens:

Quidam Theologi hoc mysterium, docendi gratia, hac similitudine declarant. Sicut Sol est vnuis, in quo tamen tria considerantur & insunt, videlicet, corpus solare, radij eius, & calor inde procedens: sic tres illi, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, non tres Dij sunt, sed vnuis solus verus Deus, tres autem personæ. Ergo, recte dicitur, *Trinitas est vnuis ille verus Deus.* Sacra scriptura docet, vnum tantum esse Deum: & tamen hæc eadem testatur, Filium quoque esse

Deum: Ergo, Filius non est alius Deus, quarti Pater. Et sic non plures Dij, sed unus & idem cum Deo Patre. Verum alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti.

*Quoniam sunt partes & species  
Dei?*

Respondeo: Nullæ, quia Deus est una simplicissima essentia, quæ in partes diuidi nulla ratione potest. Similiter nec causæ Dei vllæ sunt, quia primus & summus, & ipse prima causa est omnium, quæ sunt, & sic causa causarum. Accidentia quoque nulla sunt in Deo, quia Deus est immutabilis, & accidentia in eum nulla cadunt, sed omnia sunt substantialia: Deus enim non tantum bonus est, clemens, misericors, omnipotens; verum bonitas ipsa, clementia, misericordia, omnipotentia.

Personæ intrinsecus discernuntur à proprietate interna & personali. Et hoc discrimin non est essentiale, quia una tantum est essentia totius diuinitatis; non alia Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti; sed una & eadem natura, potentia, & voluntas, sicut unus, & eiusdem prorsus sunt essentiæ. Nec est rationale, quia non tantum vocabulis differunt, ut diversa tantum sint officia, & inania eiusdem subsistentiæ vocabula; sicut unus & idem homo, Pater & Filius esse & dici potest, respectu diversorum, cum adhuc, patre suo superstite, generat filios, quorum respectu Pater; illius vero filius est,

est, & dicitur. Aut cum idem est Doctor, pastor, paterfamilias, scriba, procurator, &c. Ita Sabellius, Photinus, Marcellus, Montanus, Franciscus Davidis, Georgius Blandrata, & alij Hæretici, de Trinitate senserunt & locuti sunt, quod videlicet unus & idem Deus, pro diuersitate officiorum, aliquando Patrem, interdum Filium, non unquam Spiritum sanctum se nominarit; sed unam tantum esse personam, quæ diversa habeat vocabula, secundum officiorum diuersitatem. Sed est discrimin reale, qui reuerâ alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti, & singulæ personæ per se subsistunt; propriam enim quæque habet definitionem. Ac reipsa differre personas, ac distinctas esse, ex apparitionibus diuinis manifestum est, vbi singulæ personæ apparuerunt seorsim, ut, reipsa distinctas esse, certum sit. Sic etiam nec Pater, nec Spiritus sanctus incarnatus est, sed solus Filius, qui in unitatem personæ suæ assumptit naturam humanam, ex Maria semper virginie.

*Quomodo Deus dicitur trinus &  
unus?*

Respondeo: Sui respectu, dum intra se consideratur diuinitas, Trinus dicitur, ratione personarum: respectu autem essentiæ, quæ una est, deinde creaturæ, unus dicitur; sicut etiam absolute consideratus, indivisiè operari dicitur, respectu creaturæ.

Resp. Dicitur de tota persona, non de alterius natura: Nam de singulis eius naturis dicitur, *divina natura in Christo, humana natura in Christo*; licet in concreto recte dicatur, *Christus Deus, Christus homo; Christus verus Deus, & verus homo, unicus Dei Pater, & virginis maris Maria filius, non duo filii, quia una est persona indivisa, seu unum ipsa species, seu personale, quod ne morte quidecum separari potuit.*

Loci, in quibus de Deo sermo est, bifariam in sacra scriptura distinguuntur. In quibusdam locis nomen *Dei*, sive *Dominis*, simpliciter ponitur, nullis prorsus additis particulis, quæ personarum notent distinctionem, Deut. 6. *Audi Israel, Dominus Deus noster Dominus unus est.* Ierem. 25. *Cælum & terram ego impleo.* i. Sam. 2. *Deus mortificat & vinificat.* In quibusdam vero locis nomen *Dei* continet & ostendit personarum distinctionem, sive earundem inter se comparationem. Psal. 110. *Dixit Dominus Dominino meo, &c.* Psal. 33. *Verbo Domini, &c.* Galat. 4. *Emissit Deus Spiritum filij sui in corda nostra, &c.* In prioribus locis autem, sicut una essentia demonstratur, ita saepe numerò de diuersis personis appositi intelligi possunt, etiam si orationis contextus de personis distinctè loqui minimè videatur. Actunc potissimum ita exponuntur, quando verba ea ipsa significant, quæ omnibus personis sunt communia, & potentiam, dignita-

tem,

tem, operationemque declarant, neque vllas notant personarum proprietates, vel officia. Ut, exempli gratia locus Iereimiae: *Cælum & terram ego impleo, dicit Dominus*, recte de singulis personis explicatur, quia significat aliquid, omnibus tribus personis commune. Nam sacra scriptura testatur, *cælum & terram impleri, non tantum à Deo Patre, verum etiam à Filio, & à Spiritu sancto.* De Filio dicitur, Ephes. 4. *Descendit in insimas partes; idem ipse etiam est, qui ascendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia.* De Spiritu sancto dicitur, Psal. 139. *Quò ibo Domine à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, illuc es, si stratum fecero in inferno, ecce ades.*

Hanna in oratione inquit: *Deus mortificat, & vinificat.* Hac autem potestate viuificandi praeditus est & ipse Pater, Rom. 8. Deinde Filius, Ioh. 5. *Sicut Pater suscitat mortuos, & vinificat; sic etiam Filius, quos vult, vinificat.* Postremò & Spiritus sanctus, Iohan. 6. i. Cor. 15. i. Pet. 3.

Item legimus Psal. 44. *An non Deus scrutabitur illud? Ipse enim nouit abscondita cordis.* Hæc sententia de tribus personis diuinitatis exponi debet. Nam Matth. 5. Pater non semel dicitur intueri cuncta in occulto: Filius, Matth. 9. Marc. 2. videt cordium cogitationes. i. Corinth. 2. Spiritus scrutatur omnia, etiam profunditates.

*Quando vox zebona, Ἡ Ε Ρ Ο Ο / maiusculis*

G

literis, in Bibliojs Doctoris Lutheri germanicis, ponitur sola, sine discrimine personarum; tūm non de Patre, vel Spiritu sancto, sed de Filio intelligi debet. Vbi verò vox Iehoua, **H** e **E** m **N**/bis ponitur, ibi prima vox de Filio Dei, secunda de Patre intelligenda est, ut Genes. 19. *Dominus pluit à Domino.* 1. Reg. 18. *Si Dominus est Deus, sequimini eum...* Hic ponitur vocabulum. *Deus* sine personarum discriminē: Ergo intelliguntur de Filio.

Pater dicitur prima persona diuinitatis, quia est fons, origo, & principium, non tamen temporale, hoc est, quod tempore precedat reliquas personas; sed originale & aeternum totius Trinitatis; &, quod ab aeterno genuit Filium, sibi consubstantiale.

### *Quid est substantia in Trinitate?*

Respondeo: *τίνα* est substantia, hoc est, natura diuina, & ipsa diuinitas, aut essentia diuina. In summa: Quicquid commune est tribus personis, id nomine *τίνας* Græci expresserunt, Latini substantiam & essentiam vocant. Augustinus tamen sentit, rectius essentiam dici à Latinis, lib. 7. cap. 5. de Trinitate, Sed tamen inquit: Siue essentia dicatur, quod propriè dicitur, siue substantia, quod abusuè, utrumque ad se dicitur correlatiuè ad aliquid, lib. 5. cap. 8. Essentiam dico, quæ *τίνα* Græcis dicitur, *μιαριάνας*, *τρεῖς ὄποσθετές*; quod est Latinè: Unam essentiam, tres substantias.

*Recit-*

D. CUNRAD. SCHLVSSEB.  
*Recita præcipuos errores Antitrinitatorum.*

Multas blasphemias & impietas in ipsum Deum, & sacrosanctum eius verbum noui Ariani in publicis scriptis euomunt: nos verò præcipios & crassiores ex ipsorum scriptis, quæ typis diuulgata sunt, recitabimus.

### I.

Veram & visitatam illam de Trinitate doctrinam, Philosophicum, Papisticum, & Antichristi commentum vocant. Trinitatem autem ipsam, Deum confusum, complexum, eocompositum, pluralem, personatum, tripersonatum, essentia personarum, latuatum, unumtrinum, confusum ex tribus personis, essentiatum, essentiam, in qua tres personæ resideant, *χυτεαν*, monstrum, prodigium, Lyciscam, quaternitatem, Deum quaternarium, Idolum quatuor rebus distinctis constans, horrendis certè & prodigiosis nominibus appellant. Doctores verò Ecclesiæ, Ariani resistentes, publicis scriptis hos errores refutârunt. In summa, noui Ariani Deum viuentem, & ipsius Ecclesiam, Iudicem, Magicem, Ebioniticem, Cerinthicem, Samostenicem, Arianicem, Mahometicem, & Setueticem criminalunt, impij isti & blasphemii homines, qui etiam suo tempore eos punierunt.

### II.

Negant Ariani, tres esse personas diuinitatis, licet ore tenus tres esse, Patrem, Filium, &

Spiritum sanctum fateantur, & propterea sibi ipsi nomen Antitrinitariorum imposuerunt.

## III.

Negant, Filium & Spiritum sanctum esse personas, sed dicunt, esse altissimi Dei Patris virtutes, quibus, ut ipsorum verba habent, & olim, & nunc quoque, in noui mundi creatione, per Christum Iesum vtratur.

## III.

Negant, Verbum Filium aliquem fuisse de ~~in se~~ vel substantia Patris, ab aeterno genitum, sed Dei rationem agendi, siue voluntatem mentemque, quam habuerit de exhibendo nobis Filio redemptore, ex semine Dauidis.

## V.

Negant, secundam personam, Filium, ab aeterno genitum de persona Patris. Hae enim sunt verba Blandratæ in disputatione Albana.

## VI.

Affirmant, quod Iesus ille, qui dicitur Christus, conceptus in utero virginis, sit unigenitus a Patre, & primogenitus omnis creaturæ, praeter quem alius Filius Dei non sit in sacris reuelatus. Dicunt, se non agnoscere Christum aliquem Dei filium, qui non sit homo.

## VII.

Dicunt præterea, hunc Iesum, filium Dei, de Spiritu sancto in tempore conceptum, tribus potissimum rationibus esse quoq; Deum.

i. Quia

1. Quia filius Dei: nullum enim Christum Patrem hominem habuisse. 2. Ideo Deum esse dicunt hominem Iesum, quod factus fit omnipotens, *Math. ultimo*. Nam homini Christo, iuxta omnium Sophistarum etiam sententiam, datam esse omnem potestatem in celo & in terra. Hæc Blandratæ verba sunt in disputatione Albana, fol. M. 2. Quam lector pius & doctus diligenter considerans, videbit horribile chaos plurimarum heresium, & ipsius Diaboli, & suorum organorum cloacam esse, quibus filium Dei coniugare & deformare, sed frustra, conantur.

## VIII.

Deprauant & corrumptunt calumnijs, & falsis interpretationibus, multos scripturæ locos, recte contra ipsos citatos (quamuis Iohannes Caluinus pleraque testimonia, quæ patres, contra Arianos citarunt, in dubium vocet) qualis est Mich. 5. *Egressus eius à diebus aeternitatis*. Hoc manifestum testimonium Prophetæ, his verbis Blandratæ eludit, quod dicit: *Egressus eius à diebus aeternitatis, non est idem, atque ab aeterno. Nam vox diebus addita, explicat mentem Prophetæ. Dies etenim tunc coepérunt, quando creatus est mundus; & illi primi dies dicuntur aeterni, propter continuam successionem*, sicuti sapiens loquitur. Scriptura. Et ideo, cum facta quoque sit tempus de Christo futuro promissio, dicitur fuisse egressus eius à diebus aeternitatis, non quod de hypostasi Patris ab aeterno sit Christi egressio aliqua.

Dictum Pauli, Galat. 4. *Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, hisce verbis de prauat Blandrata; Mitti in carnem, est, hominem Iesum Christum nobis exhibere, iuxta promissum semen. Fuit etiam Iohannes Baptista missus a Deo, & tamen non de cœlo, aut, quod fuerit ab aeterno, vel ante carnem. Premiter, ille est Filius Dei unigenitus, qui est conceptus de Spiritu sancto, & natus ex Maria virgine. Hisce verbis Blandrata disertè negat, Christum natum esse ab aeterno ex substantia Patris, & affirmat, eum tunc cœpisse esse, cum ex virgine natus est, idem sentiens, quod Ebion, Cerinthus, & alij aliquot phanatici, de CHRISTO senserunt.*

Taliū corruptelarum & elusionum sacrae scripturæ plena est disputatio Albana. Citant quidem verbum Dei noui isti Ariani, sed istis præstigiatoribus scripturæ tali, seu tesseræ ludus & iocus sunt, omittunt & addunt, depravant, torquent, corrigunt, flecent, quæ volunt; & ad suam hæresin palliandam & confirmandam omnia, quibus possunt artibus, dolis, & fucis, vt incauto lectori imponant, accommodant. In summa, Christus secundum opinionem Georgij Blandratæ, Francisci Dauidis, Gabrielis Ritteri, & aliorum nouorum Ariano rum, est homo purus, ex virgine natus, caro tantum, & Deus titularis.

Christus

Christus Antitrinitariorum Patriarchis (hęc enim sunt ipsorum verba) Prophetis & Apostolis fuit incognitus, nec est Filius DEI; naturalis non est, nec genitus in mysterio à Patre ante tempora secularia, sed Filius est tantum hominis, in tempore ex nihilo formatus & productus, cum & ordo naturæ repugnet, & rationi non sit consentaneum, vt, qui coniugem nunquam habuerit, Filium gignere potuerit. Magna proinde est stultitia; imò est cum ratione insanire, credere, quod naturalem, seu *spousam* Deus, qui coniugem non habuit, Filium aliquando habere potuerit. Salomon illis (si tamen sit ei fides adhibenda, ac non potius ratio imitanda) loquitur non propriè, sed parabolice & ænigmatische de Deisapientia, non personali, sed alia, quæ filius Dei nō est: nam & in homine est sapientia, qua Filius certè dici non potest. Nomen Filij idem Salomon ideò dicit incognitum, quod nusquam extet: nam si esset, incognitus esse quomodo posset? Christiani ergo tortores sunt scripturarum, quas nos soli Antichristi intelligimus.

Christus Antitrinitariorum non est aeternus, quia aeternitatis Epitheton solius Patris est proprium. Fuit quidem in præscientia & prædestinatione apud Deum homo, sed actu reali non substitit: verum in mente genituriuit, mulierem expectans, ex qua eum gigneret. Falsum est,

Patrem semper fuisse Patrem reipsa, sed quia missurus erat hominem formatum, eius venturi respectu hoc nomine appellatus fuit. Abraham prior est Christo, quem aliquot millibus annorum aetate antecessit, utpote genitum in stabulo, tempore Augusti Cesaris. Hic Christus non est Deus, qui fuit heri & hodie, & in seculum, sed est temporalis, & Deus fabricatus ab illo altissimo, qui est super omnes, Patre: hius anni sempiternis temporibus non existunt, quia ratio repugnat, vt cunque Psalmista regius Propheta David id ipsum affueret,

## XII.

Christus Antitrinitariorum, non est idem Deus cum Patre, sed est Deus alius, formatus in tempore, & sic, propter conceptionem & auctoritatem, nuncupatus. Nam verus Deus, altissimus, unus, est creator cœli & terræ: Filius autem, cum non sit creator cœli & terræ, titulotenus Deus vocatur. Spiritus autem sanctus tantum est motus, in sanctis creatus, ideoque non verus Deus.

## XIII.

Christus Antitrinitariorum homo purus, non naturalis & proprius Dei filius, nequam est creator cœli & terræ, nec per eum sunt omnia visibilia & invisibilia condita. Opus siquidem creationis soli Patri competens est. Imò cœlum non potuit facere Filius, quia illud est aeternum, & ante omnia secula extitit, vt rete ex

Aristo-

Aristotele probari potest. Tribuit quidem sacra Scriptura Filio creationem, sed semper secundam creationem intelligit. Et cum Hebrei composita verba non habeant, creationem pro recreatione ponere consueuerunt. Sic ergo omnes sacræ Scripturæ loci interpretandi sunt: *facimus*, id est, *reficiamus*. Item, *Per eum secula fecit*, id est, *refecit*, *creauit*, id est, *recreauit*. Haec vero est vera Theologia, non illa Christianorum, quæ patologica recte dicitur.

## XIV.

Christus Antitrinitariorum, cum ante carnem nihil fuerit, sanctis Patribus nunquam apparuit, nec in villa forma visus est: Angeli vero apparentes, fuerunt creari, quos adorari Deus in veteri Testamento passus est, quia illi futuri Christi typum gesserunt, in quo plenitudo Deitatis mansura erat, & in quo omnes Dei promissiones complenda erant. Nunc eos adorarinon permittit, quia eam auctoritatem homini iam Christo contulit,

## XV.

Christus Antitrinitariorum non eduxit populum Israëlitum ex Aegypto, nec à populo in deserto tentatus est. Nam cum ante nativitatem nihil fuerit, quomodo, quæso, ex Aegypti servitute educto populo adesse potuit? In Psalm. 68. Pater in futuri hominis persona loquitur, ed, quod captiuitas Aegyptiacatypus esset spirituialis captiuitatis & liberationis. Paulus vero docet: *Christus in figura*, hoc est, in umbra, patribus

apparuisse, non re ipsa. Nam male docent, qui typum pro exemplo, & non pro umbra rerum futuratum, exponunt.

## XVI.

Christus Antitrinitariorum non est verus ille & altissimus Deus, quia & hoc Patris solius proprium est. Sed Deus est Titularis & figuratus, propter causas tres sic dictus; Primo, Propter conceptionem hominis, quae sine virili semine, ex obumbratione Spiritus sancti, facta est. Secundo, Propter plenitudinem Deitatis, in ipso habitantis, & donorum non ad mensuram collationem. Tertio, Quia omnes Dei promissiones in Christo sunt complete. Sed haec non aduertit orbis Christianus, ideoque misere cœxit.

## XVII.

Christus Antitrinitariorum, qui Patribus veteris Testamenti nunquam affuit, est ψιλός ἀρσενικός, id est, *purus homo*: quanquam singulari prærogatiua, & donis sine mensura collatis, exornatus sit. Non enim necesse fuit, Saluatorem & redemptorem humani generis Deum & hominem esse; sed, satis erat, hominem esse Christum: quia promissio quoque tantum de semine mulieris, loquitur, id est, de puro homine. Appellat quidem Scriptura illum *Iehouam institutum*; sed & altare, & arca fœderis, interdum figuratè eo nomine vocantur: Vnde apparet, locutionem esse figurataim. Ioannes etiam non loquitur de Filio aliquo inuisibili & æterno, sed de homine illo missò, quem dicit carnem factum esse; hoc

hoc est pauperem, infirmum, abiectum, & omnibus miseriis expositum. Qua ratione etiam Paulus intelligendus est, dum inquit; *magnum pietatis esse mysterium, quod Deus sit in carne manifestatus*. Nam, si diceremus, *Filium Deum esse & hominem*, duos Christos, & duos Filios, constitueremus, quod absurdum est. Hunc itaque binaturum Christum non agnoscit Scriptura.

## XVIII.

Christus Antitrinitariorum fuit semper pauper & infirmus, ac nunc manet pauper & infirmus, quia non moderatur omnia verbo potentiae suæ, nec cœlestium & terrestrium genua in nomine eius se se incurvant. Nam particulam vniuersalem, OMNIA, oportet cum restrictione quadam accipi; & postea in ipsa seculi consummatione, Christus nihil potentiae habiturus est.

## XIX.

Christus Antitrinitariorum purus est homo, non habet æternum imperium, & thronus eius temporalis est, donec scilicet ad iudicium venturus est. Nam postea cogetur in ordinem cæterorum electorum, & ita regnare desinet. Scriptum est enim, 1. Cor. 15. *Tradet regnum Deo & Patri*. Sed de hac re in refutatione argumentorum fusiūs dicetur.

Hoc vero simpliciores obseruet, nouos Arianos tres habere hypotheses, sicut ex tabula ipsorum, & ex epistola, ad Tigurinorum Sacramentarios ab ipsis scripta, & ex reliquis illorum libris, patet, quibus omnia superstruunt,

Propositiones eorum sunt haec: Prima; *Traesse, Patrem, Filium & Spiritum sanctum: sed non esse tres personas.* Secunda, *Vnam esse naturam, seu Deitatem, communem tribus illis, sed non esse unam essentiam.* Tertia; *Vnum esse Deum, sed tantum Patrem dici unicum illum & verum Deum, Filium vero, & Spiritum sanctum, non dici unicum illum Deum.*

## DE PRIMA PROPOSITIONE Antitrinitariorum.

*Dicunt Antitrinitarii, esse tres; eosque, nominant Patrem, Filium & Spiritum sanctum. Sed, hoc non esse personas, contendunt.*

### RATIO ISTORVM hac est.

*Quod Scriptura non docet, non est affuerandum. Sed in sacris literis nunquam leguntur hac verba; Esse tres personas, sed tantum ista: Tres sunt, qui testimonium perhibent, i. Joan. 5. Ergo: Non sunt tres persona.*

Respondeo: Nego consequentiam, quia sunt quatuor termini in hoc Syllogismo. Maior enim loquitur de rebus: Minor vero de verbis. Quod attinet ad res eius doctrinæ, quam de sua essentia & voluntate Deus reuelauit, ipsis quidem rebus alligati sumus, Gal. i. *Si quis aliud Evangelium docuerit; id est, doctrinam repugnante cum hoc unico fundamento, sit anathema.* Quod ad verba attinet, licet nobis aptis, & intellegibili-

*ligilibus vocibus uti, modò, ut præsent analogæ Fidei, Rom. 12. Nec mutent res ipsas, in sacris literis prescriptas, & nobis traditas.*

Ad minorem: Rectè ac verè dicitur, istos tres esse personas. Rationes sunt istæ.

1. Quia vocabulum *persona* declarat, quidnam sint illi tres, nempe, non umbras, non somnia aut cogitationes solùmmodo hominum inanes & eualescentes, sed viuæ quædam substantiæ. Nam, *Rè*, est generale vocabulum. Iam vero res diuidi oportet in species quasdam suas, id quod etiam ipsa dictat ratio.

2. Quia sacræ literæ clare docent, istos tres, nempe, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, esse res vivas, & subsistentes, & distinctas. Nam, de Patre simul & de Filio dicitur, *Tu es Filius Dei viventis:* Ergo Pater est res viuens, ac subsistens, Filius quoque est viuus Filius viuentis Patris. Nam, quando Petrus inquit, *Tu es Filius Dei,* perinde est, ac si dixisset, *Tu existis Filius Dei, Tu es quiddam ὑπιστάμενος, quod est Filius Dei;* non es umbra Dei, non cogitatio eualescens, sed existens *Filius Dei.* Pater genuit Filium; Ergo Pater est quiddam existens. Filius genitus à Patre, non est somnium Patris, sed tale ὑπιστάμενος, quod mittitur in mundum, induit carnem humanam, redimit genus humanum. Spiritus sanctus specie columbae descendit, arguit & docet mundum. Ergo Spiritus sanctus est existens quiddam vitum

& efficax, neque est figmentum quoddam sine subsistentia quadam. Sed in hac doctrina, persona, nihil aliud significat, quam substantiam individuali, intelligentem, incommunicabilem, non subsistentiam aliunde. Pater enim non est Filius, neque Spiritus sanctus. Et Filius non est Pater, nec Spiritus sanctus. Denique Spiritus sanctus non est, nec Pater, nec Filius, sed sunt tres res vere subsistentes. Huc pertinent & reliquæ actiones trium istarum personarum, quæ idem euincunt. Proinde vocabulum *persona* non mutaretur ipsam, verum cum ipsa re, verè ac propriè, congruit. Imò, in verbo Dei extat vocabulum *πρόσωπον*, id est, *persona*, usurpatum in hac significatione, 2. Corinth. i. *τὸν ἐν πολλῶν πρόσωπον*, id est, *ut ex multis personis*, Lutherus verrit: dūrgo viel Personen.

3.

Quia propter captum rudiorum licet uti vocabulis notis & receptis, cum rebus ipsis congruentibus, ne homines sibi talia singant, quæ sunt contra Scripturam. Sed vocabulum *persona* vel *substantia*, notum est hominibus in Ecclesia Christi, ex longo & approbatō usū, & congruit cum rebus traditis in verbo Dei; Ergo sic rectè loquuntur Ecclesiæ Doctores.

4.

Quia, ad confutandos hæreticos, licet uti vocabulis, quæ rebus ipsis conueniunt. Ecclesia igitur vocabulum *persona* recepit & usurpauit, quando aduersus Simonianos, Arium, Sabelium,

lium, Samosatenum, & similes præstigiatores, cofundentes personas, vel alioquin eas abolentes, vera doctrina, in verbo Dei tradita, fuit propugnanda: sicut rectè Augustinus ait; *Licet loquendi & disputandi Necesse dicere, tres esse personas, non, quia Scriptura dicit, sed, quia Scriptura non contradicit*. Græci dixerunt initio, *tres esse unitos*; id est, *substantias*: verum postea imitati sunt Latinos, nihil de rebus ipsis mutantes, licet verba quædam variarent.

Debebant igitur noui Ariani primum ostendere, quid vocabulum *persona* non congrueret rebus istis diuinis, in verbo Dei traditis, priusquam illud exploderent, tanta austeritate & vehementia.

Debebant etiam prius monstrare conuenientius vocabulum, quam illud, quod receptum & visitatum est in Ecclesia Dei, multis iam seculis, abolerent.

Tertiò, si qui sceleratè abuterentur vocabulo *persona*, ut Seruerus & alij, non debebat id Ecclesiæ Christi, rectè loquenti, esse fraudi.

Quartò; Propter vocabulorum discrepantiā, quæ quidem non sunt à rebus ipsis aliena, non est ipsa doctrina funditū conuellenda, aut condemnanda. Nam, isti Ariani negant, *tres esse personas*. Si iam de vocabulo tantum disceptant, cur doctrinam abiiciunt?

Cum igitur negent, *esse tres personas*, id est, *res subsistentes, vias, efficaces, non confun-*

sas, errorem suum produnt, quod à doctrina verbi diuini, quam recte profitetur & tuetur Ecclesia Christi, ab Antichristi deliriis repurgata, turpiter & manifestè deficiant. Explicant igitur fēse clariū, cur negent tres in nos trēs, sive personas? Et dicant planè & dilucidè, quidnam sint illi tres, cùm persona non sint? Non enim satis est, dicere, quod hi tres sint Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Quætitur enim, quales sint res, an sint vmbrae tantum, vel cogitationes quædam, an verò substantiae? Ineptum est, Vociferari, sunt tres, & semper tres, nec definire, quidnam sint? Si negas, personas esse tres, simul nega, esse tres res. Neque nuper adeò hoc vocabulum usurpari cœptum est in Ecclesia Christi. Nam antiquissimi Ecclesiæ Doctores, & substantia & persona nomine vñi sunt; vt Ignatius ad Magnesianos de Filio inquit, quod sit ictus perundus, substantia genita; loquitur enim de verbo substanciali. Tertullianus ad Praxeam inquit: Quacunq; substantia sermonis fuit, illam dico personam, & illi nomen Filij vendico, & dum Filium agnoscō, secundum à Patre defendo. Idem, lib. de Trinitate, Filium esse secundam personam post Patrem contendit; Adiicit (inquit) sumus, non sum, ut ostenderet, per hoc, quod dixit, Sumus, Ego & Pater vnum sumus, duas esse personas. Cyprianus: Diuinitas & humanitas in unam personam conuenierunt. Reliquorum Doctorum testimonia in præsentia omitto, quia isti Ariani noui, eam ob causam eos repudiant, quod contra Arium, sciam Parétem,

præ-

præclarè & fideliter ex verbo Dei decertârunt, & veritatem vindicârunt; id quod obseruatione dignissimum est.

## DE SECUNDA HYPOTHESI nouorum Arianorum.

*Unam esse naturam seu Deitatem, communem tribus illis, sed non esse unam essentiā illorum trium, inquit Antitrinitarius.*

Si rationes inquiras istius paradoxi, nullam aliam inuenies, quam, quod in sacris literis non extant illæ syllabæ, ESSENTIA VNA. Ergo simpliciter & superstitione decernunt, id esse Antichristi dogma. Sed recte & verè dicitur, vnam esse diuinam essentiam, propter hasce ratios:

i. Quia, etiam si hæc vox, ESSENTIA iuxta literas & syllabas in sacra Scriptura non inueniatur, tamen res ipsæ, quæ hoc vocabulo in Ecclesia Christi exprimitur, sunt in sacris literis comprehensæ & traditæ. Nam sèpè repetitur hæc oratio: *Ego sum Deus tuus.* Item, *Dominus Deus tuus unus est,* &c. Hæc dicta testantur, Deum existere. Ideò res sunt in verbo Dei expressæ, Deum esse quiddā existens. Existentia autem & essentia Dei idem sunt. Mutanda igitur forent ista verba; *Deus est*, in aliam formam, vt, *Dcus fingitur esse*, seu, *Deus est somnium hominum*, est inane nomen, sicut àri. Plinius esse nugatur, &c. si non essentia quædam, vt sic dicam, existaret.

H

Sic dicitur Psal. 93. *A seculo tu es. Item: 1. Ioan.*  
*4. Sicut ille est, & nos sumus. 1. Cor. 8. Scimus, quod*  
*Idolum est nihil in mundo, & quod nullus est Deus,*  
*nisi unus. In hoc dicto opponuntur sibi primum*  
*inuicem, Idola & Deus. Deinde proprietates*  
*discernuntur. Idola sunt nihil, hoc est, non sunt*  
*essentiae quædam viuæ, omnipotentes, Deus ve-*  
*rò est unus, id est, non est somnium humanum, vt*  
*Idola, sed vera, viua existens essentia.*

2.

Quia & quipollentes locutiones in sacris lite-  
 ris extant. Nam proprium illud Dei nomen, *Iehoua*,  
 quod creaturis, quemadmodum aliæ ap-  
 pellationes Dei, nunquam adscribitur, *ab esse, seu*  
*essentia est deductum*. Significat igitur Iehoua  
 illum Deum, qui verè existit, seu, qui est essentia  
 quædam æterna. Neque est figmentum quod-  
 dam hominum, ut apud gentes, Fortuna, Pluto,  
 Musæ, Gratiæ, &c. Item Exo. 3. Deus ipse Moysi  
 nomen suum manifestat, hisce verbis: *Sun, qui*  
*sum: Sic dices ad filios Irael, s v m misit me ad vos.*  
 Idem verò est, ac si dixisset, *ipsa essentia, id est, is*  
*Deus, qui existit semper, me misit.*

3.

Quia Ecclesia vetustissima sic est locuta; vt  
 Tertullianus aduersus Praxeam: *Vnius substantie, & unius status & potestatis, quia unus est Deus.*  
 Author Symboli in Cypria. dicit, *Deum cum an-*  
*dido, substantiam intellige*. Item, Martialis ad Bur-  
 degal: *Vnius voluntatis, unius essentiae*. Quando  
 enim de unitate Dei locuti sunt veteres, *substan-*

tia

D. CYNRAE. SCHIVSSEIB. 81

*& effientia vocabulis indifferenter vi sunt.*  
*Reliquorum testimonia non adscribo, quia pa-*  
*sim sunt obvia.*

4.

Quia Natura, Deitas & Effientia, in hoc quidē  
 loco de Deo, & in hoc cardine nihil differunt.  
 Sic Grégotius Nazianzenus inquit; *De vs, quid*  
*tandem in sua natura & effientia sit, hoc hominum*  
*nemo non erit vnguam: Sed, quod sit, hoc nemo ne-*  
*gauerit.* Iam, quia noui isti Ariani fatentur, vnam  
 esse naturam, seu Deitatem, tareantur simul ne-  
 cessè est, vnam esse essentiam. Si repudiāt effen-  
 tia vocabulum, quia in Scriptura non sunt istæ  
 syllabæ, primum, eadem ratione, repudient &  
 sua vocabula. Nam, *naturam effernam*, de Deo  
 nusquam dicunt Sacra literæ, hoc est, syllabas  
 istas non habent, licet res ipsas tradant. Ita suis  
 ipsorum iaculis semietspos Ariani configunt.  
 Deinde probent, vocabulum *effientia* non con-  
 uenire ipsis rebus, quas de Deo sacra Scriptura  
 profert, atq; affirmat. Tertiò, perspicue & vali-  
 dè demonstrant, *Natura* vocabulum esse signi-  
 ficantius & intelligibilius, quam vox *Effientia*.

5.

Quia absurdissima sententia ex ipsis nō  
 gatione nascitur. Cum enim noui isti Ariani Es-  
 sentiam Dei negant, necesse est, ipsos Naturam,  
 seu Deitatem, absq; essentia comminisci & tra-  
 dere. Quo quidem portento, quid portento-  
 sius dici potest? Hęc antem re ipsa tradunt, ve-  
 rum inuolucrè & perplexè; nam, vbi se magis e-

H 2

uoluerint, monstrum hoc horrendum lucidius  
apparebit.

## DE TERTIA HYPOTHESI

Arianorum nouorum.

*Vnum esse Deum, tali quidem pacto, ut tan-  
tum Pater dicatur unicus & verus Deus: Filium  
vero & Spiritum sanctum, non dici unicum & ve-  
rum Deum.*

Mirum sanè est, quod hoc relinquunt isti Antitrinitarij, unicum nempè esse Deum. Negant enim, tres esse personas; negant, essentiam unam esse. Quid igitur de Deo retinent? Vnum Deum faciunt, qui non sit tres personæ, hoc est, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, neque sit unica Essentia. Interēā tamen contendunt, esse tres, & esse unam Naturam, seu Deitatem. Nec volunt videri, se λογουσάς quandam, sed necessaria-  
riam potius pugnam de rebus ipsis, ad doctrinam de Deo pertinentibus, contra nos suscepisse.

Sed non solum Patrem esse unicum & verum Deum, verūm tres istas personas, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, esse unicum & verum Deum, ex immotis rationibus perspicuum est.  
 1. Quia hoc proprium, Deum esse, non tantum patri, sed etiam Filio, & Spiritui sancto, in sacrificiis tribuitur. De Patre dicitur, 2. Corinth. 1. Benedic̄tus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi. De Filio Ioan. 1. Verbum erat Deus.

Ioan.

Ioan. 20. Dominus meus & Deus meus. Rom. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus Benedictus in secula. De Spiritu sancto; Idem vero est Deus, (loquitur de Spiritu sancto) qui operatur omnia in omnibus. Sed, non sunt tres Dij; verūm unicus tantūm, & verus Deus. Ergo, hitres, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sunt unicus & verus Deus. Pater, cùm sit Deus, non est peculiariter, aut solus Deus. Filius, cùm sit Deus, non est solus Deus. Sic Spiritus sanctus, cùm sit Deus, non est solus Deus: sed hi tres sunt unus Deus. Ratio huius consequentiae est, quia sacra Scriptura utrumque dilucidè assenerat: Primum, Patrem esse Deum; Filium esse Deum; Spiritum sanctum esse Deum: Deinde, non tamen tres esse Deos, sed unicum duntaxat Deum. Hæc autem fide accipienda, non ratione humana estimanda sunt.

2.

Quia in veteri Testamento, & crebro etiam in novo, non distinctis personis, dicitur; Vnum esse Deum, vt Deuteron. 6. Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus unus est. Esaiæ 44. Ego sum primus & nonissimus, & prater me non est Deus. Marc. 12. Vnus est Deus, & non est alius prater eum. 1. Corinth. 8. Nullus est Deus, nisi unus. In hisce sententiis verus Deus dignatur, sicuti se patefecit. Sed patefecit se in tribus personis, Patre, Filio & Spiritu sancto: Ergo istæ locutiones de uno Deo, Syncedochicæ

H 3

includunt tres illas, quas dixi, personas. Ille est, inquam, Vnicus Deus, qui est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Maxima enim impietas est, asseuerare, Filium, vel Spiritum sanctum non includi in hoc dicto; *Deus unus Deus unus est. Deuter. 6. capite.*

3.

*Quia Ioannes clarissime inquit, i. epist. 5. cap. Et hi tres unum sunt.* Tres quidem numerat, Patrem,  $\lambda\delta\rho\nu$ , & Spiritum sanctum; vnum verò esse, pronunciat. Porro vnum esse, & vnum Deum esse, in hoc quidem articulo nihil differunt, quia Scriptura docet, vnicum esse Deum.

4.

*Quia Christus inquit: Ego & Pater vnum sumus.* Ioan. 10. personas quidem distinguit, quando inquit, *sumus*; sed, cum inquit, *vnum sumus*, se cum Patre vnicum esse Deum affirmat. Neq; verò Spiritus sanctus excluditur, quia in praesenti loco Christus hunc scopum sibi prefixum habebat, ut declararet, quid ipsem est. *Sic Ioannis 14. inquit, se in Patre esse, id est, coessentiam esse Patri,*

5.

*Quia non tantum in uno opere, omnium amplissimo, nempè, in regeneratione hominis, coniunguntur, Pater, Filius & Spiritus sanctus, tanquam coomnipotentes; sed etiam ibi uno nomine copulantur; sicut inquit Christus, Matth. 28. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. In nomine autem, non tantum signifi-*

cate.

cat, ex precepto & efficacia communi istorum trium, sed etiam in cognitionem & fidē, in hunc vnicum verū Deum, qui in primo Decalogi precepto inquit: *Non habebis Deos alienos.* Habes igitur hic tres, nimirum, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, sed vnicum nomen, in testimonium luculentissimum, quod vnum sit Deus.

6.

*Quia vna est Deitas, sicut vnum est Deus, sine omni dubitatione.* Sed isti noui Ariani ipsi met fatentur, vnam esse Deitatem, communem istis tribus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Ergò, non Pater tantum habet illā Deitatem, neq; filius Deus est, sed Pater, Filius, & Spiritus S. est vnicus & verus ille Deus, quem S. literè propoundingit. *Suo ipsius igitur gladio fese iugulant isti amentes Ariani.*

7.

*Quia Filius est genitus à Patre, & eā ob causam coessentialis Patri.* Nam Filius (vti dictū est) in sacris etiā literis, vocatur, & est Deus. Ergò Filius cum Patre est vnicus & verus ille Deus.

8.

*Quia Spiritus sanctus procedit à Patre & Filio.* Sed Spiritus sanctus non ita procedit à Patre & Filio, tanquam spiratio ex nostris pectoribus, quæ est tantum ardens halitus, amorē seu affectus ex corde effundens, & mox iterū euangelicens, verū est Deus, i. Cor. 12. & est coessentialis Patri & Filio. Ergò Spiritus sanctus cum Patre & Filio est vnicus & verus ille Deus, de

quo inquit Moyses, Deut. 6. Audi Israhel, Dominus Deus tuus, Deus unus es.

<sup>9.</sup>  
Quia, si Filius & Spiritus sanctus non sunt unicus Deus cum Patre, tunc necesse est, plures esse Deos. Nam Scriptura vocat Filium Deum, & eodem modo Spiritum sanctum appellat Deum, quemadmodum etiam opera diuina, & omnipotenz propria, utrique attribuuntur. In quascunque igitur species fere verrunt isti charmae leones, necesse est, ipsos Deos tres facere. Vel, si Filius & Spiritus sanctus non sunt reuera unicus & verus Deus, cum Patre, tum necesse est, ipsos vocem Deus, quae eis adscribitur, alter exponere. Sequetur autem, si unicus & verus Deus tantum est Pater, & non Filius & Spiritus sanctus simul, tunc Filius non est reuera Deus; item, Spiritus sanctus non est reuera Deus. Hinc igitur patet, nouos Arianos veteres hereses Arii, in contumeliam Filii Dei & Spiritus S. ab Orco resuscitare.

### SOLVATIO ARGUMENTORVM, quibus Antitrinitarij errores suos palliare conantur.

<sup>1.</sup>  
Quicunq; est fons Deitatis, is solus est Deus. Sed solus Pater est fons Deitatis. Nam Filius est natus ex Patre; Ergo est substantia Patris. Spiritus sanctus procedit ex Patre; Ergo, Spiritus S. quoq; est substantia Patris.

Ergo

Ergo filius Pater est verus & unicus Deus, cum Filius & Spiritus sanctus sint substantia Patris.

Respondeo primum ad Maiorem, quæ non habet firmam connexionem. Non enim sequitur: *Iste homo est pater tot liberorum, & omnes substantiam ab ipso acceperunt*: Ergo filius est homo, etiam si hoc sit manifestum, eum solum esse Patrem, istorum liberorum respectu. Deinde sacra scriptura non tantum Patri tribuit Epitheton *Dei*; sed etiam Filio, & Spiritui sancto. Cum sacris autem literis concordant Ecclesiæ Deiresmonia omnium temporum. Deinde respondeo ad Minorem: Etsi nemo hominum verbis explicare possit, quanam ratione Pater sit solus fons Deitatis; tamen non tantum hoc certum est, quod Pater genuerit Filium, sed etiam ex verbo Dei id constat, quod ille æternus Dei filius sit substantia, *in substance*, distincta a Patre, non sit ipse Pater, quod ad personæ respectum attinet. Item, quia Pater genuit Filium, & Filius est genitus, ideo Pater communicat suam essentiam Filio. Et non tantum Pater est Deus, sed etiam Filius est Deus, & ipse quoque Spiritus sanctus: non tamen tres sunt Dii; verum unus Deus, qui est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Ac debent accurate discerni respectus naturæ diuinæ, & respectus personarum diuinarum, sicut se Deus patefecit. Naturæ seu Deitas est communis tribus, nempe Patri, Filio, & Spiritui sancto, quia unus tantum Deus est. Sed personarū ratio non est communis, sed distincta, quia Pater genuit,

Filius genitus est, & Spiritus sanctus ab utroque procedit. Personarum distinctione non tollit unitatem naturae, & unitas naturae non tollit distinctionem personarum, quia utrumque sacra scriptura docet; licet neutrum, quomodo id fieri possit, neque cogitando esse quicunque, neque verbis ullis explicare possumus. Non igitur confundenda haec sunt: *Filius natus est ex Patre: Ergo est natura Patris.* Verum quidem est; sed inde non sequitur: *Ergo non existit distincta persona à Pater.* Imò, quia genitus est, ideo est persona à Pater distincta. Item, non sequitur, *Est natus ex Patre, & est natura Patris, ideo solus Pater est Deus.* Imò inuertamus potius argumentum: *Quia genitus est Filius Dei à Patre, & Patris essentiam sibi communicatam habet ab eterno; ideo sequitur firmissime, Filium etiam esse Deum.* Nam communicata essentia Patris est Deus; & hoc ipso, quia Filius ab eterno est communicata essentia, testatum facit Pater, non se solum esse Deum, sed & Filium, imò & Spiritum sanctum.

Quantæ vero amentiae est dicere, Filium esse genitum ex Deo Patre, & possidere essentiam Dei Patris, & tamquam essentiam filij Dei non esse Deum, sed solum Patrem esse Deum, non Filium, non Spiritum S. Primum igitur isti vertiginosi spiritus priuant filium Dei essentia sua diuina, quia eam in solum Patrem collocant, eo ipso, quod Filium fingunt, qui non sit vere & essentialiter Deus, cum Patre & Spiritu sancto, sed Patrem solum & unicum esse Deum.

Dein:

Deinde confundunt hac ipsa re cum Eutychianis, personas tres in diuinitate.

Præterea considerent & hoc: Spiritus sanctus non tantum ex Patre procedit, ut Græci nonnulli falsè assuererunt, sed etiam ex Filio, qui eum insufflatione Apostolis communicat, *Iohan. 20.* Et rectè appellatur Spiritus filij, *Gal. 4.* Si igitur Spiritus sanctus à Filio quoque essentialiter procedit, Spiritus sanctus essentiam habet à Patre & Filio pariter. Ergo non tantum Pater est solus Deus, sed Filius quoque est cum Patre unicus ille Deus; imò etiam Spiritus sanctus: sicut scriptura Dei perspicue testatur. Non igitur ista locutio, *Pater est fons divinitatis,* ita intelligenda est, quasi solus Pater sit Deus, sed quod Pater sit persona generans, Filius persona genita, & Spiritus sanctus procedens ab utroque. Deinde generatio ista est æterna, personis vero æqualis essentia, omnipotentia, & maiestas, in verbo Dei tribuitur. Quod vero Christus inquit: *Pater maior me est,* manifestum est, non ibi de diuinitate Christum verba facere, sed de officio, quod gerebat, nimis, quod factus homo, iam obtemperaret Parvi in redemptione generis humani. Et regula scripturarum nota est, alia dicta de humiliato Christo, alia de gloria eius, alia de humanitate, alia de diuinitate eius loqui.

2.

*Evangeliū Iesu Christi caput initium, ab ea tempore (teste Marco, Luca, & Paulō) quo Christus caput facere docere.*

Ergò Christus ante non fuit sub veteri Testamento, nec quicquam fecit; alias Euangelista & Paulus mentirentur.

Resp. Est paralogismus in hoc argumento, nec valet consequentia. Nam Euangelistæ loquuntur de Iesu Christo, secundum utramque naturam, seu de tota persona. Antitrinitarij autem hoc transferunt ad alteram naturam verbi, ab initio existentis apud Deum. Præterea aduersarij faciunt hoc initium personæ Iesu Christi, quod Euangelistæ faciunt initium Euangelij: nam ad administrationem Euangelij hęc duo verba, facere & docere, referri debent. Et posset aliquis simili modo inferre: *Christus sub Herode administrationem Euangelij auspicatus est: Ergo ante non fuit: Ergo ante nihil fecit: aut, Christus Iesus Deus, homo ex Maria virgine natus, cœpit Euangelion predicare, & miracula facere: Ergo ante non fuit, nihil yfecit.*

## CONTRA.

Sed Marcus disertè constituit initium quoddam Euangelij. Resp. Si ita vrgeas initium Euangelij Iesu Christi, quodnam igitur constituies? Marcus enim illud à Baptismo Christi auspicatur, & hoc initium Euangelij Iesu Christi constituit. Lucas autem alius ab ipsa conceptione & nativitate suam narrationem orditum: num igitur Lucas Marcum mendacij arguet, iuxta Antitrinitariorum temeritatem, cum ea, quae antea Iesus fecerit, describat? vt, exempligratia: *Quod puer annorum duodecim docuit in templo, &c.*

Scri-

3.

Scriptura docent, unum Deum Patrem esse creatorem omnium: Ergò Filius non est creator, nec Patri coaternus. Antecedens probatur ex Esaiā, 44. cap. vbi dicitur: *Vnum esse Deum Patrem, qui omnia creauit, cui nemo adfuit, & qui solus extendit celos*, vt Iobus dicit, cap. 9.

Respondetur: Loca illa scripturarum, quæ vnum Deum prædicant, non de solo Patre, Filio, ab hac vnitate excluso, intelligenda sunt. Verum est, nos vnum illum Deum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, huius mundi creatorem credimus & fatemur. Sed cum & Filius, teste scriptura, verus Deus sit, eum ab hac vnitate non excludimus, vt qui vnius sit cum Patre naturæ; & ideò etiam eum cum Patre creatorem profitemur, alioquin Deus non esset. *Maledicti enim*, inquit Propheta, *Dij, qui mundum non considerunt*: & quos, extra hanc vnitatem diuinæ naturæ, scriptura Dominos & Deos vocat, alibi, eosdem natura Deos non esse, ait. Quare, cum Esaias & Iobus, *Deo neminem in creando adfuisse*, dicunt, non ita Patris personę creationem vendicant, vt Dei filium à Deo Patre separent, & non extitisse dicant, *qui est in sinu Patris, & in quo Pater, & ipse vicissim in Patre, est*: Sed, quicquid extra Deum est, ab hac communione gloriarum operisq; diuini excludunt.

4.

*Christus, si creasset celum & terram, non traxisset istud, ibi præcipue, ubi contra Iudeos probat, se*

*filium Dei esse, ex operibus communibus cum P̄d̄tre. Ergo non est creator cœli & terra.*

Respondet: Hæc conditionalis falsa est. Non enim necessariò consequitur, *Si Christus creauisset cœlum & terram, non tacuisset istud.* Nam sicut mysterium filij Dei ante aduentum eius in carnem vmbbris quibusdam inuolutum fuit, & ipse sese veteribus, quasi sub ænigmate, conspiciendum præbuit: ita etiam, postquam in carnem venit, non statim cœlestis gloriam conspiciendam exhibuit. Vbi enim alioquin locum haberet exinanitio illa, de qua Paulus loquitur? Imò, cùm in monte Thabor gustum quandam cœlestis gloriae discipulis tribus exhibuerit, mox tamen de monte descendens, mandat illis, ne cui dicant hanc visionem, visquequò Filius hominis à mortuis resurgat. Cùm enim filius Dei in carne se mediatorem & redemptorem mundo exhibuerit, diuinam Maiestatem carnem, quasi velo quodam, tecta, scripturæ nobis eos potissimum sermones & facta Christi describunt, quæ ad officiū Mediatoris pertinent. Neque tamen interea diuinam suam naturam & Maiestatem prorsus Christus tacuit; sed, se Deum esse, & quidem eum, à quo omnia sunt condita, & gubernantur nunc quoque, ac conservantur, paulatim patefecit, dum sibi diuinæ Maiestatis opera vendicat, vivificare, dare vitam eternam, remittere peccata, donare Spiritum sanctum, & similia. Adhæc, quando Patrem usque adhuc operari, & se quoq; operari, inquit, & omnia,

q.u.e

*que Pater facit, similiter se facere; neque hic suam operationem ad certum tempus adstringat, non creationem, aut opera veteris Testamenti excipiatur, neq; nobis necessary est, h̄c quicquam excipere. Quod autem obscurius ab ipso Seruatore, in terris agente, fuit propositum, id, post ascensum eius in cœlum, clarissimè prædicarunt ipsius Apostoli, quando iam, tempore exinanitionis finito, Filius Dei potenter declaratus est, post resurrectionem à mortuis, misso Spiritu sancto. Quare, etiamsi nusquam Evangelistæ scriberent, Christum esse Deum aternum, & creatorem omnium; tamen cùm hoc disertè doceant Apostoli (imò Christus ipse Spiritu suo per illos loquens) nemini pio de eo dubitare licet.*

## 5.

*Esaias tantum meminit miraculorum Christi; nullibi verò creationem cœli & terra Christo assignat.*

*Ergo non est creator cœli & terra.*

Respondet: Etsi Propheta Esaias tantum meminisset miraculorum Christi, vt Antitrinitarij volunt, tamen non ideò sequeretur, mundum per Christum non esse conditum. Verum antecedens est falsum, quia Esaias disserit creationem rerū Christo attribuit, vt Apostolus Paulus testatur. Nam ita scribit 45. cap. *Ego Iehoua, & nullus præterea; Deus iustus & saluator, non est pretor me, mihi curuabitur omne gennu, &c.* Hęc verba

Paulus, Rom. 14. testatur de Christo scripta esse. Idem affirmit Phil. 2. Item, Christus hic vocat se Saluatorem gentium; non igitur dubium est, Esiam credere & constituere Christum, Deum coeternum Patri & Spiritui sancto, & creatorem omnium.

6.

*Christus est Deus, quia factus est, constitutus est nobis in Deum.*

*Ergo non ab aeterno fuit Deus, sed est creatus.*

Respondeatur breuiter cum veteribus, factum esse, praesertim si referatur ad aliud, non semper significat creationem: multa enim Deus nobis factus esse dicitur in sacris literis, ut, *adiuator, protector, dominus refugij, &c.* quae non per naturam, sed per gratiam factus est. Præterea, licet existentiam personæ verbum faciendi respiciat, hoc tamen alterius duntaxat naturæ respectu intelligendum esse, docet Apostolus, inquietus: *Christum factum esse ex semine David, addit autem secundum carnem.* Quare, quoad naturam humanam, concedimus, Filium Dei factum esse Dominum & Christum, & Regem, & Pontificem nostrum, & huius respectu uid de tota persona dici: non tamen hinc conficitur *ab ipso*, quem ab assumpta carne scriptura distinguit, non esse Deum, nisi postquam in carne natus & Deificatus est, vt veteres loquuntur.

7.

*In veteri Testamento filius Dei natus ex virgine, promissus, non datus fuit.*

Ergo

*Ergo tunc non fuit, neq; est aeternus Deus.*

Respondeatur: Si Antitrinitarij de humana naturali loquuntur, qua filius Dei est semen mulieris, Abrahæ, Dauidis, secundum carnem, verum est argumentum, sed falsum de diuina. Si assument: *Seruatorem hominem esse promissum, non Deum & hominem, id pernego.* Nam & ipsæ promissiones, quibus Antitrinitarij vtuntur, & alia loca veteris Testamenti ostendunt, Messiam non fore hominem tantum, sed simul etiam Deum.

8.

*In novo Testamento predicatur Christus Iesus, natus ex Maria virgine.*

*Ergo ante Mariam non fuit, neq; est aeternus Deifilius.*

Respondeatur: Nego consequentiam. Vnus enim idem q; , qui ex Maria natus est, hic secundum diuinam naturam aeternus est. Sacrae litteræ non tantum **C H R I S T U M** hominem, & hominis Filium, sed etiam Deum, & Dei filium prædicant. Itaque si aduersarij in sua propositione ponunt exclusiūam; si ea ad personam referatur, vera est: Non enim alias est Christus, quam Iesus ex Maria natus: sed non propterea separatim de natura alterutra concludendum est, quod de persona dicitur.

9.

*Filius Dei vocatur, propterea quod ex Spiritu sancto sit conceptus, Angelo hanc rationem filiationis indicante.*

I

Ergo non est filius Dei, ab aeterno ex essentia Dei Patrius genitus.

Respondeatur: Ipsa Angeli verba indicant, hanc non esse solam & praecipuam rationem, quod hic Mariae filius sit filius Dei, sed aliam arcanam, quam non quidem exprimit, sed innuit. Nam (vt recte Epiphanius annotauit) Angelus non dixit solum, propterea quod gignetur, sed propterea etiam quod gignetur, ut ostenderet, Deum. VERBUM, qui est ex alto, etiam in utero genitum, cum homo fieret. Propter verbum vero etiam homo, verbo unitus, dicitur filius Dei. Christus enim natus ex virgine, totus est Dei filius, & unicus, & quantum ad summam naturam, Dei filius etiam dicitur, quod ex Spiritu sancto conceptus, qui quasi Patris generantis vices suppleuit, nullum alium Patrem habuit. Sed, cum naturalis Filius omnis, sit eiusdem cum Patre naturae, Christus, verus & naturalis filius Dei, tantum qua Deus est, propriè dicitur: sed propter illam arctissimam & ineffabilem diuinitatis & humanitatis in Christo unionem, Christus totus est, & dicitur natura Deus, & Dei filius.

Sed inferunt Antitrinitarij: *Vocabitur filius Dei; Ergo antea non fuit.* Respondeatur: falsa est haec consecutio. Hoc verò recto ordine consequitur: *Vocabitur; Ergo antea non vocabatur.* Filius enim Dei in carne manifestatus est suo tempore, qui tamen ab aeterno fuit virginitus filius Dei. Et, quem antea obscurè cernebant venturum in carne, eum iam exhibitum palam, omnes

mnes fideles filium Dei esse praedican. Perperam igitur aduersarius initium essentiae tribuit filio Dei, quando ex virginie natus est.

IO.

*In Symbolo creatio Deo Patri, & non Filio, tribuitur.*

Ergo Filius non est verus Deus.

Respondeatur: Creatio non ita Patri tribuitur, vt ab ea Verbum, per quod omnia sunt condita, excludatur: Sed, quia prima patefactio Dei facta est per opera & mundi creationem, creatio Patri, qui Deitatis principium & fons est, attribuitur, & nihilominus etiam in saeculis literis dicitur, Filium etiam creasse cum Patre omnia.

II.

*Predestination & electio non conueniunt ijs rebus, quae semper sunt, ut est ille unus Deus, cui nihil istorum conuenit.*

*Christus autem predestinatus est, secundum praeordinationem ante mundi fundamenta.*

Ergo Christus non est ab aeterno Deus.

Respondeatur: Non sequitur: *Christus secundum humanam naturam, quae homo est, unitus est, praeordinatus est, sanctificatus est, & omnem potestatem accepit: Ergo tantum homo est.* Non enim necesse est, ea, quae de Christo, quoad personam, praedicantur, naturis in eo distinctis pe-

I 2

culiariter attribui posse. Homo comedit, bibit, sedet, stat, ambulat, dormit, vigilat, rideret, lachrymatur, &c. quæ omnia menti humanae non conueniunt; & ramen propterea non conficitur, hominem corpore tantum, & anima sentiente, viuiscantemque præditum esse, mente autem carere.

12.

*Argumentum Seruetti, lib. i. de Trinit. Item Vr-*  
*sus in juri Dialogis.*

*Moyses dicitur Deus Pharaonis, Exod. 7. Et Cyrus Deus Iraelis, Esa. 45. Salomon quoq[ue] dicitur Deus, Psal. 44. Illi vero Difuerunt, non natura, sed temporali dono.*

*Ergo etiam Christus non est natura Deus.*

Respondetur: Quando creaturis vel hominibus tribuitur nomen Dei, illud semper intelligendum est, cum aliquo additamento & significacione, quam sacra scriptura adiungit; quod videlicet ratione officij sint dij, diuina officia administrantes. Sic Moyses dicitur *Deus*, non quod re ipsa vel natura fuerit Deus, sed quia legatus Dei erat, nomine Dei loquens, & nomine Dei signa edens. In Hebreæ lingua *Elohim*, & *Adonai* sèpè hominibus attribuuntur, cum aliquo respectu; nomen verò *Jehova* tantummodo soli Deo attribuitur. Cum igitur Christus sèpè in sacris literis *Deus*, *Deus noster*, *Deus verus*, *Deus supra omnia laudandus*, *Deus Servator noster*, *magnus Deus*, & *El Elohim*, & denique *Jehova* nominetur, sequitur, *Christum* verè, absolutè,

D. CVNRAD. SCHLVSSLEB. 99  
solutè, & definitiè esse Deum, non nuncupatione, aut adoptione, vel donorum participatione, sed natura & substantia.

Contra infertur ab Antitrinitarijs: *Vrbs Hierosolyma vocatur Jehova*, Ezech. vlt. *Et Moyses aram à se confectam, etiam nomine Jehova appellat.* Ergo soli Deo hoc nomen non competit. Respondetur: Non potest probari villo testimonio scripturæ, nomen *Jehova* eo modo attribuiaræ Moysis, vel vrbi Hierusalem, quo illud Christo attributum est. Moyses & Ezechiel tantum præsentiam & auxilium Dei prædicarunt, significantes, Deum illic adfuisse, probantem sacrificia & cultum, qui ibi peragebatur ex mandato Dei. Quod verò *Jud. 6. Et multis alijs in locis*, Angelus *Jehova* nominatur, inde non potest probari, illic de creato Angelo verba fieri, cui nomen *Jehova* inditum fit, respectu personæ, quam sustinuit; quia Patres huic Angelo cultum soli Iehovæ debitum, obtulerunt, vt, sacrificia, *Ind. 13. preces, Gen. 48.* Item, templum ei extruxerunt, *Mal. 3.* Item, Patres dicunt, se, hoc Angelo viso, Deum à facie ad faciem vidisse, *Genes. 32. Ind. 13.* Hinc igitur apparet, nomen *Jehova* non rebus conditis, sed soli Deo vero communicari, & in locis allegatis, non de Angelis creatis, vel alia creatura, sed de solo vero Deo sermonem institui, &c.

I3.  
*Argumentum Candidi Ariani, in Epistola ad Marianum Videturum.*

*Omne diuinum est immutabile.*

*Omnis generatio est mutatio quadam.*

*Ergo omne diuinum est generationis expers.*

Respondetur cum orthodoxis Patribus, assumptionem huius argumenti in rebus diuinis falsam esse. Corporea generatio passioni & mutationi est obnoxia; at diuina his caret, quia incorporea & infinita. Deinde, si corporalis generatio filij Dei à cæteris eiusdem generis est diversa, quantum magis spiritualis nascenti ratio, longè alia est, quam in carnalibus? Nam ubi essentia non est eadem, ibidem & generatio est diversa. Qui Filium Dei natum negant, sed factum, ipsimet hoc suo arguento confutantur. In Deum non cadit motus. Facere est motus. Ergo non conuenit Deo. Quod si dicant, hoc absque motu aut mutatione villa conuenire Deo, cur non idem de generatione sentiunt, quod filio Dei conuenientius est? Dicas, facere, referter adres, quæ extra Deum sunt, generare non item. Respondeo: Filium non esse extra naturam Patris collocandum, de quo dicitur: *Vnigenitus, qui est in finu Patris, ipse enarravit nobis: Pater in me, & ego in Patre: Ego & Pater unum sumus.* Hoc enim nisi detur, omni proflus Deitate filius Dei spoliatur.

14.

*Eiusdem.*

*Generare, est, dare aliquid ei, qui natus est, aut ieiunio, aut partem eius, qui generat. Si totum*

*tum dat, interit, qui generat; aut minuitur, si partem dat. Sed Deus manet semper idem; Non igitur generat.*

Respondeo: Nego consequiam: Quia spiritualia sui communicatione non tolluntur. Si enim de lumine lumen accendam, non ideo alterum extinguitur, aut minuitur: quamuis hoc simile admodum obscurum est in tantis rebus. Dicimus igitur, hoc argumentum esse philosophicum. Licet enim in rebus naturalibus aliquo modo valeat, tamen in rebus diuinis falsum est.

15.

*Eiusdem.*

*Pater, aut genuit Filium volens, aut nolens. Si nolens & iniuitus, tum cadit in Deum passio: Si volens, tum voluntas generandi antecessit in Patre nativitatem Filij: Ideoque non est coaternus Patri.*

Respondeo per instantiam: Similiter argumentari possum.

*Deus aut volens bonus est, aut iniuitus. Si iniuitus, a maiori necessitate cogitur: Si volens, voluntas bonitatem præcedit. Itaque non ab eterno bonus fuit. Hoc argumentum ipsimet Antitrinitarij repudiabunt. Ergo & prius corruit. Ratio est: quia de Deo & rebus diuinis, non, nisi ex scripturis, differendum: quæ nusquam querunt, an Dei volens, vel nolens genuerit Filium, sed filium Dei, verum & proprium, & cuius exitus a diebus æternitatis, nobis prædicant.*

14

16.

*Cum Pater genuit Filium, non erat Filius: Si enim fuisset, cum Pater generare non potuisset, cum ei, qui est, dari non possit esse, quippe quodiam habeat. Quod si Filius non erat, Pater vero erat, quippe qui cum genuerit, (si enim Pater non fuisset, Filius gignere non potuisset) efficitur, ut Pater fuerit ante Filium.*

Vel aliter. *Nihil genitum est aeternum. Item: Quicquid genitum est, caput esse. Item: Omne aeternum principio caret. Item: Omne genitum est posterius gignente. Causa enim prior est effectu. Hinc enim concludunt, Filium Dei, si genitus sit, non esse aeternum, ideoque etiam naturam Deum non esse.*

Respondeo: Hæc omnia vera sunt de his, quæ in tempore genita sunt: Sed de filio Dei non possunt intelligi, *Generatio enim eius ab aeterno est. Quare necesse est, Filium quoque ab aeterno fuisse; quare & semper Pater fuit, & semper etiam Filius. Tu es Iehoua redemptor noster, ab aeterno nomen tuum.*

17.

*Angeli nominantur Dei filii, vt Psal. 88. Quis similis Domino inter filios Dei? Angeli vero sunt creati.*

*Ergo aliqui filii Dei sunt creati. Et per consequens, argumentum hoc, Christus est filius Dei: Ergo non est creature, est infirmum.*

Respondeo per distinctionem: Verum est, Angeli & omnes credentes sunt filii Dei, bene-

D. CVNRAD. SCHLVSSELE. 103

ficio & adoptione. Sed Christus est verus & natura Dei Filius, ex Deo Patre procreatus, & cui nomen Filiij, cum ipsa notione propria, conuenit, quia aliter nominatur Filius Dei, quam Angeli, aut credentes.

18.

*Ex Deo nati dicuntur credentes, qui tamen sunt creature. Ergo, inquit, non subsistit argumentum, Christus ex Deo natus est: Ergo, non est creature.*

Respondeo: Sicut alia ratione Christus dicitur Filius Dei, quam Angeli & credentes; ita etiam alia ratione dicitur ex Deo natus esse, quam cæteri, qui ex Deo geniti dicuntur. Nam credentes dicuntur ex Deo nati, ratione creationis & renascentiæ: Filius vero Dei ex Deo esse dicitur, ratione nativitatis & generationis.

19.

*Filiij Dei, nati ex Deo, habent in se semen Dei, 1. Ioan. 3. Et consertes sunt divina natura, 2. Petri 1. Ideoque essentiam Dei in se habent, Et tamen non sunt naturam Dij. Quare ex communicatione essentia non conficitur, Filium Dei naturam Deum esse.*

Respondeo: Hic declarandum est, quomodo credentes habeant in se Dei essentiam. Non enim credentes qui sunt Filii Dei, hoc modo, habent in se Dei essentiam, vt ea sit ipsorum essentia, aliás planè deificarentur; sed propterea, quod Deus per fidem habitat in ipsis, suis donis, & efficacia Spiritus sancti.

20.

*Etsi λόγος fuit in principio rerum conditarum, tamen prius fuit conditus, quam illa conderentur, utpote per quem omnia alia condita fuerint.*

Respondeo: Est ineptum argumentum, pugnans contra textum. Nam, si Filius Dei antea conditus est, iam non fuit in principio. Illud enim initium, quo cæteræ res conditæ sunt per ipsum, antecedit aliud principium creationis, in quo ipse λόγος est conditus. Quare concidet illud Ioannis, *In principio nū erat, sed exsistebat.* In hoc enim sui exordio, quo factus est, nondum existebat, si tum demum esse cœpit. Nam, quod additur ab Antitrinitariis, illud Moysis, *In principio Deus creauit cœlum & terram,* aptè etiam dici potuisse, *in principio erat cœlum,* vt sit sensus, *cœlum in primis fuisse,* falsè & ineptè dicitur, si modò principij nomine primum exordium creaturarum, antequam mundus conderetur, intelligamus: tum enim cœlum nondum existebat, sed factum est. Et magna est impietas, ad errores tuendos velle emendare linguam Spiritus sancti. Si autem verum est, teste Ioanne, quod λόγος fuerit tum, *in principio,* quo inchoata est rerum creatio; sequitur omnino, eum non tum esse cœpisse, sed illud præcessisse. Est igitur æternus Deus cum Patre, & Spiritu sancto, quia ante res conditas nihil fuit, nisi Deus. *Quicquid enim aliud statuitur, aut æternum est, & Deus erit,* ut Tertullianus ait; *aut esse cœpit, & tum non fuit ante omnes res conditas,* sine *in principio,* sed ab eo inchoan-

D. CVNRAD. SCHLVSELE. 105

*inchoandum erit exordium & principium reliquarum rerum, qua deinceps sunt condita.* Cùm igitur filius Dei omnium rerum conditarum principium præcesserit; sequitur, eum æternum, adeoque verum Deum esse. Si verò, ut quidam asserunt, *Sermo hic ante cetera quidem extitit, sed tum primum genitus est,* quando in creatione rerum Deus dixit, ut Moses scribit; sequitur, Deus non semper Patrem fuisse ab æterno. Itaque, cùm sibi Filium similem postea genuit, Deo aliquid noui in seipso accidit. Et concider illud Iacobi, *Apud Deum non esse transmutationem, vel conversionis obumbrationem.* Quare principium, quo esse, aut existere cœperit Filius Dei, fingi, absque contumelia atroci diuini numinis, non potest.

21.

*Filius eiusdem natura, & coæternus Patri, & consubstantialis, non potuit esse instrumentum Dei, in mundo condendo.*

*Sed Filius Dei fuit instrumentum Dei, in mundo condendo, quoniam per ipsum Deus mundum condidit.*

*Ergo, Filius non est eiusdem natura, nec coæternus & consubstantialis Deo Patri, sed potius creatura.*

Respondeo: Est vitiosa assumptio, & inepta conclusio: *Deus omnia condidit per Filium,* Ergo, *Filius Dei fuit instrumentum in creando.* Nititur autem hæc ratio falsa hypothesi veterum Arianorum, qui hanc particulam, *Per,*

contendebant significare causam instrumentalem, & tantum Patri competere: Verum, verbum Dei ostendit, falsum esse hoc Arianorum commentum, quia haec particula, *per quem*, non tantum de Filio, sed etiam de Patre usurpatur, i. Corinth. i. *Fidelis Deus, per quem vocati es sis, in consortium Filij ipsius.* Item i. & 2. Corinth. i. *Paulus, Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei.* Roman. 6. *Quod si Filius; Ergo & hares per Deum.* Galat. 4. *Christus surrexit a mortuis, per gloriam Patris.* Gal. i. *Paulus, vocatus per Iesum Christum, ac Deum Patrem,* &c. In hisce dictis non poteris Deum Patrem vocare causam instrumentalem, licet ei particula per attribuatur; Ergo nec Filium dices causam instrumentalem, cum particula per, non semper instrumentum denotet. Quod vero dicunt, per, cum de Patre, dicitur, significare per illum, ut authorem, cum de Filio, ut per instrumentum, aliquid factum esse, illud non possunt probare ex Scriptura, quæ promiscue his particulis vtitur.

22.

*Sancti fecerunt miracula, & maiora, quam Christus, ut ipse metuens promisit, Ioan. 14.*

*Nec tamen idcirco fuerunt filii Dei naturales, sed mere creature.*

*Ergo, ex miraculis Christi, non probatur ipius eterna diuinitas cum suo Patre.*

Respondeo: Distinguendum hic est, inter Christi & Apostolorum, aliorumque sanctorum miracula. Christus suo ipsis spiritu, propria sua virtute,

virtute edit miracula, sicut dicitur Lucæ 6. *Ex Christo virtus egrediebatur, & sanabat omnes.* Apostoliverò non suo ipsorum nomine & potestate, sed Christi virtute & gratia faciebant miracula, ad quem, ut ad authorem, referebant omnia, ut videre est ex Paulo, Rom. 15. ex concione Petri, in actis, cap. 3. &c. Quod vero Christus ait, *se in nomine Patris edere miracula, & Patrem orat, miracula facturus, Ioan. 11.* inde non potest probari, Christum non sua ipsis ope ea facere. Nam Christus est liberrimum agens, & quæcunque vult, facit cum Patre. Loquitur vero ibi, ut persona missa, in statu humiliationis, honorem & obedientiam suo Patri, ut personæ mitteat, actotius diuinitatis fonti & origini praestas, id quod non euertit ipsis diuinitatem.

23.

*Qui primus est in aliquo ordine, is eius ordinis sit, oportet.*

*Sed Christus est primus in ordine creaturarum, cum sit, Paulo teste, primogenitus omnis creature.*

*Ergo, & & est creature.*

Respondeo: De Christo Paulus loquitur, iespe Antitrinitarius concludit de & &. Etsi autem Christus est & & Dei æternus: tamen haec nomina non sunt, quæ conuertere inter se possint. Nam Christus est nomen Individui, quod duabus naturis constat, diuina & humana, verbo & carne; at Iohannes nomen & & tribuit diuinæ naturæ, quæ definito tempore humanam naturam assumpsit, & sibi ita coniunxit, ut ytriusque

fit vna & ipsa. Ab eo, inquit, erat in principio, et ab eo erat Deus, et ab eo erat apud Deum, et per hunc ab eorum OMNIA condita sunt, et ab eo caro factus est; quae omnia de humana natura dici non possunt. Nominatur igitur Christus humanae naturae respectu primogenitus totius creaturæ: nec potest hoc ad alteram naturam transferri: vel, ut alij explicant, dicitur primogenitus, vel, quia ante omnes creaturem extitit, vel, quod princeps est totius creature; aut, quod causa est creaturarum: nam per ipsum, et in ipso, omnia sunt condita. Neque tamen propterea creaturis coordinatur, ut in ordine creaturarum sit primus.

24.

*Filius Dei est Sapientia illa, quam Deo creanti adfrisse Salomon testatur. Hanc Sapientiam Syracides in Ecclesiastico creatam esse docet, cap. i. Et cap. 24.*

Ergo, *Filius Dei est creatura.*

Respondeo: Est vetus Arianorum argumentum, qui olim orthodoxis obiecerunt locum Proverb. 8. Vbi Graecus interpres, Hebraeum verbum Kanah, quod possidere significat, translatis ex quo Ariani colligebant, *Sapientiam Dei esse creatam.* Sed respondemus, primum: Ex libro Syracidis, cum extra canonom sit, nihil posse probari in controversia Fidei articulis. Et ipse metu Syracides in prefatione libri, petit sibi veniam dari, si alicubi non asseditus sit vim quarundam dictiorum. Deinde Syracides, in locis 1. Et 24, capit. non loquitur de

Sapien-

Sapientia æterna, sed de notitia Legis & Evangelij, seu, de verbo Dei, hominibus patefacto, &cæt.

25.

*Omne, quod sanctificatur, est creatura. Nam Creatoris non est sanctificari, cum ipse sit verus omnium sanctificator.*

*Sed Filius Dei sanctificatur à Patre. Ioan. 10.*

*Ergo est creatura.*

Respondeo: Est fallacia phraseos in voce *santificationis.* Sensus vero verborum Christi, Ioan. 10. hic est, quod Christus dicitur à Patre sanctificatus, propterea, quod ab eo segregatus sit ad munus Messiae, & missus in mundum, ut eius sacrificio reconciliemur Deo.

26.

*Christo omnia, quæ habet, à Patre data sunt, Ioan. 5. Et 17. Deo autem nihil dari potest, cum omnia habeat ab eterno. Ergo, &c.*

Respondeo cum Gregorio Nazianzeno: *Quacunque hoc modo dicuntur, hec Christo homini sunt tribuenda, &c.*

27.

*Christo mandatur et precipitur à Patre, et prout mandauit ei Pater, ita fecit, Ioannis 12. Et 14.*

*At, mandatur tantum inferiori. Parenim in parem non habet imperium.*

Ergo, *Christus est Patre inferior, et creatura.*

Respondeo cum veteribus; *Hæc de humana*

natura in Christo intelligenda esse, aut potius de persona Mediatoris intelligenda esse. Falsum verò est, quod dicitur tantum inferiori aliquid mandari: nam etiam sèpè aequalis aequali aliquid mandat.

28.

*Christus non tantum in his terris Patrem suppplex orauit, tempore exinanitionis, sed est noster perpetuus intercessor.*

*Ergo, est Patre inferior.*

Respondeo: Verum est; Christus, tanquam legatus, intercedit pro nobis apud Deum Patrem, assumpto corpore, quod & nunc habet: semper enim Deo præsens est sacrificium corporis Christi, semel in cruce peractum, est agnus occisus ab origine mundi. Item, Christus apud nos legatione fungitur, dum & nobis suam iustitiam donaq; innumera confert, & suo Spiritu, suo exemplo, verbo suo, ad patientiam constantiamque in pietate hortatur. Sed ex hisce omnibus non sequitur, Christum esse Patre inferiorem.

29.

*Omne, quod est factum, creatura est. Sed Christus est factus, Ioan. 1. Christus ante me factus est. Alt. 2. Hunc fecit Deus Christum & Dominum. Heb. 3. Deus est fidelis, illi qui fecit eum.*

*Ergo Christus est creatura.*

Respondeo: Si haec dicta intelligantur de humana natura, possemus aliquo modo concedere argumentum: Si verò de ytraq; natura hoc intelligunt

D. CVNRAD. SCHLVSSLEB. 111  
 telligunt aduersarij, vti faciunt, conclusio est vitiosa, quia est ambiguitas in verbo facere, quod primùm significat, a non esse ad esse produci; & ita omne, quod factum est, creatura erit: & hoc sensu rectè dicitur, Christum esse factum, vel, eum esse creaturam, iuxta humanam naturam. Sed assumptio Antitrinitariorum est falla. Deinde, facere, est, aliquem constituere, ordinare, & non ad naturam, & non ad substantiam rei, sed ad qualitatem aliquam, refertur. Atque tūm non semper verum est, id, quod fit, aut factum est, antè non extitisse, & idèò creaturam esse: præfertim, vbi verbum hoc ad aliud refertur, vt cùm dicimus, Deum factum esse nobis refugium, arcem, clypeum. In testimoniosis autem citatis nusquam verbum faciendi, per creandi verbum explicari potest. Hac ambiguitate explicata, facile est argumentum soluere.

30.

*Mediator eo inferior est, apud quem intercedit. Christus Deus & homo, secundum utramque naturam, est noster Mediator apud Deum Patrem.*

*Ergo, non est Patri coeterus & aequalis.*

Respondeo: Concedo propositionem argumenti, de officio, non de naturâ intellec[t]am. Apud homines sèpè aequalis apud aequalē intercedit: Sic Filius, natura aequalis Patri, se ad officium Mediatoris demittit, absq; diminutione naturæ, maius statis diuinitatisq; sua, confirmante id Apostolo: Cùm esset in forma Dei, non duxit

K

*rapinam, se parē esse cum Deo; sed sese inaniuit, for-  
mā serui assumptā.* Phil. 2:

31.

*Filiū tradet regnum Patri, & illi subiicitur,  
Ergo, non est equalis patri. Antecedens proba-  
tur ex verbis Pauli, 1. ad Corinth. 15.*

Respondeo: Nulla est hīc consecutio: *Tradet  
regnum: Ergo est inferior.* Nam & Pater Filio regnum dedit. Psal. 2. data illi omnipotestate, Matth. 11. 28. Item Ioan. 17. *Et potestate indicandi,* Ioan. 8. Neque Pater est inferior Filio. Si translatio regni hac traditione fieret, ut Filius cessaret, & Pater tum inciperet regnare, consecutio valeret. Verūm, vt nunc regnante Filio, Pater per illum regnat; ira etiam Filius, in hac traditione, regnare non cessabit: nisi tot locos Scripturæ irritos facere voluerimus, qui de ēternitate regni Christi loquuntur, Luca 1. *Regnabit in aeternum, & re-  
gni eius non erit finis.* Et 2. Pet. 1.

Est igitur hāc sententia Paulini dicti; *Filiū  
tradet regnum Patri,* id est, Filius, in omni ēter- nitate, reuerentia summa agnoscer, quōd ab æ terno à Patre sit genitus; agnoscer etiam, quōd regnum spirituale à Patre acceperit, & Dominus totius orbis sit constitutus. Hanc suam sanctissimam reuerentiam, subiectionem, & filialem amorem, toti creaturæ demonstrabit, ut omnis honor Patri ēterno tribuatur. Sed hīc nihil decedit Filio; siquidem Pater vult, *ut o-  
mnibus honorent Filium, quemadmodum Patrem,*

Ioan.

Ioan. 5. *Et subiectio & obedientia Filij erga Pa-  
trem, non tollunt æ qualitatem potentie, nec es-  
tentia diversitatem probant.*

32.

*Persona substantialis proprietas est, per se subsi-  
stere separatum, & non inesse alteri, cū partem aut  
vīm, potentiamque substantialē.*

*At Verbum, & Spiritus sanctus, non subsiste-  
runt per se separatim extra substantialiam Dei.*

Ergo, *Verbum & Spiritus Dei, non fuerunt per-  
sona substancialis diuinitatis, sed virtutes vel poten-  
tia Dei substanciales, per quas omnia operatus est, qua-  
voluit Deus.*

Minor pater, quia, si separatē fuissent substan-  
tiae diuinitatis, vel naturæ diuinæ, plures fuissent  
Dij, quod est absurdum.

Respondeo: In hoc arguento multa sunt vi-  
tia; Primum, est falsa definitio personæ, ad quam non pertinet, ut separatim subsistat. Nam licet personæ quantitatū non possunt aliter, nisi se-  
paratim, subsistere, secundum communem na-  
turæ ordinem; tamen non ideo necesse est, hoc idem statui in rebus diuinis. Nam verbum Dei sub stantiale, assumpta carne, non factum est se-  
parata persona. Item Christus ait; *Pater in me  
est, & ego in Patre.* Ioan. 1. *Vnigenitus, qui est in  
suum Patrem, &c.* Deinde, ambiguitas est in nomi-  
ne potentie, quod interdum significat vim & ef-  
ficaciam alicuius Individui, quæ magis est qua-  
litas quædam, quam substantia.

K. 2

In Deo etiam virtus, seu *s̄v̄as* est, non quidem qualitas, sed communis natura, seu essentia, qua non solum Pater, sed etiam Filius & Spiritus sanctus est efficax: atque hoc modo persona non est potentia, aut vis alicuius rei. Interdum potentia vel virtus accipitur *ὑποστάσης*, pro singulari natura, per quam essentia aliqua communis virtutem suam exerit & patefacit: hæc autem & ratione differt ab ipsa essentia, & ab aliis eiusdem naturæ potentias re ipsa distinguitur. Atque hoc sensu dicitur à Iustino: *Deum ex seipso genuisse potentiam quandam rationalem, qua gloria Domini, Filius, Sapientia, Angelus, Sermo, Deus, Dominus, nominatur. Hanc potentiam, ait, esse veram Patris progeniem, neque tantum nomine communis Dei censeri, sed esse numero alterum quiddam; aliam nempè, & distinctam essentiam.*

Postremò, est etiam ambiguitas in Minore. *Dei* enim nomen primum prædicatur de Deo, seu ipsa Deitate simpliciter; & ita rectè dicitur, *Verbum & Spiritum non per se subsistere, extra substantiam Dei.* Deinde prædicatur nomen *Dei*, secundum prius & posterius, de personis, & sèpè, non addito Patris nomine, pro Patris persona ponitur, tum, cum aliarum personarum sit mentio. *Quod si dicunt, hoc sensu Verbum & Spiritum sanctum non subsistere, extra Dei essentiam;* hoc est, secundum essentiam, qua illis cum *Deo* Patre communis est, concedimus; non tamen id tollit distinctio eorum. *Quod autem adiungitur,*

D. CYNRAD. SCHLVSSELE. 115  
ditur, falsum est, non per se subsistere, essentia enim communitas non tollit ὑποστάσην distinctionem. Separationem autem personarum nos explodimus, utpote multos Deos introducentem.

33.

*Omne, quod unum est numero per se, id individuum est, nec potest esse plurimum personarum, in sua natura.*

*At, Deus unus est numero, secundum Scripturas.*

*Ergo, individuum est, nec potest plurimum personarum esse, in sua natura, Deus.*

Respondeo: Argumentum valere in rebus finitis & mundanis; non autem in essentia incorporea, & infinita, quæ pluribus personis ex integrō, absque ulla sui divisione, communis esse potest.

34.

*In qualibet natura tot sunt substantia separata, & individua, quot sunt persona.*

*At, in divina natura non sunt tres separatae & individuae substantiae.*

*Ergo, nec tres persona.*

Maior vera est ex definitione personæ, quia *persona est substantia unica separata & individua, atque incommunicabilis, non existens in alio.*

Respondeo: Est vitiosa definitio personæ, ad quam non pertinet, ut separatis subsistat. Præterea est ambiguitas in vocabulo substantiæ,

K 3

Nam veteres interdum vtruntur pro *icitur*, interdum pro *intelligunt*. Si iact Antitrinitarij hoc nomine *icitur* intelligunt, falsa est Maior: Sin *intelligunt*, Minor falsa est, etiam si vtrobiq; separationis nomen tollatur.

35.

*Persona non est in personâ, nec in substantia alterius, propriè loquendo.*

*At, Verbum & Spiritus Dei, fuerunt in substantia Dei, ab aeterno.*

*Ergo, non fuerunt persona in divinitate.*

Maior probatur, quia dicuntur *Verbum* & *Spiritus Dei* *fuisse*. Vnde patet, non fuisse *Verbum* & *Spiritum*, extra substantiam Dei.

Respondeo: Maior est falsa, *personam non esse in personâ*. Nam Pater est persona, Filius incarnatus etiam (secundum ipsos Antitrinitarios) & tamen Pater est in Filio, & Filius in Patre, non quidem eo modo, quo res aliqua naturali ratione est in alia, sed communitate naturæ, & originis ratione, vt veteres loquuntur: Nos omnes à Deo sustenramur: Inde, Deus habitat in credentibus: nos sumus personæ; & personæ Trinitatis nihilominus habitant in nobis, &c.

36.

*Omnis persona, sine visibili, sine invisibili, est finita substantia.*

*At, in divinitate nihil est finiti.*

*Ergo,*

*Ergo, in divinitate nulla potest esse persona, proprie loquendo.*

Respondeo: Maior est falsa. Deus Pater, (ve ipsi Antitrinitarij fatentur) est persona, & tamen nemo dicet, personam Patris esse finitam.

37.

*Scriptura sacra ubiq; vocant Christum Iesum Filium Dei genuinum, non aliun.*

*At λόγος, per se consideratus, in sua naturâ, non fuit Christus Iesus actu.*

*Ergo, λόγος per se, in sua naturâ, non fuit Filius Dei.*

Respondeo: Nego Minorem. Nam λόγος, et iam ante carnem assumptam, nominatus est Filius Dei. Dicitur *sapientia genita à Deo*, quod non de persona Filij Dei in carne, sed de aeterna Dei Sapientia dictum est. Item, cùm dicitur, Psal. 2. *Iehova dixit ad me, Filius meus es tu, &c.* Item, *Osculamini Filium*. Item 2. Samuel. 7. *Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi Filius, &c.*

38.

*Scriptura sacra idem est, creatam esse, vel natam esse Sapientiam, prodississe ex ore altissimi, egressam esse, processisse, & exiisse à Deo Patre: Et hæc omnia idem significare non possunt, nisi figuratè intelligantur.*

*Ergo, hæc omnia dicta, sunt figurata locutiones, significantes, λόγον, seu aeternam Dei Sapientiam, emanasse à Deo Patre omnium, teste etiam libro Sapient. 7. cap.*

Respondeo: Nego consequentiam, quia plus est in conclusione, quam fuit in præmissis. Non enim sequitur; *Generatio sapientia multis figuratis locutionibus describitur in sacris literis: Ergo, omnia figurata sunt, dicta, Et ipsum etiam Generationis nomen figurata est accipendum.* Deinde etiam alia est generatio physica, quæ fit ex semine, affert mutationem, & fit in tempore. Et alia est generatio Filij Dei ex Patre, contra & supra omnem Physicam, &c.

39.

*Gignere, est, id producere generando, quod prius non erat. At, in diuinâ naturâ nihil fuit, quod aliquando non fuerit, ut produci possit generando: quia Deus dicitur semper aeternus, Isa. 48.*

Ergo, in diuina natura nihil fuit, nec est, quod potuerit gigni suâ naturâ. Et per consequens, nec  $\lambda\delta\gamma\sigma$  est aeternus.

Respondeo: Argumentum verum est de rebus creatis; de diuinis non item. Eadem igitur facilitate, quâ adducitur, repudiari potest.

40.

*Omnis generatio initium afferit rei genitam.*

*At,  $\lambda\delta\gamma\sigma$  aeternus nunquam initium habuit;*

*Ergo  $\lambda\delta\gamma\sigma$  aeternus non est generatus ab aeterno. Et per consequens, non fuit Filius quoque ab aeterno.*

Respondeo: Ambiguitas est in voce *Initii*. Si enim temporis initium significat, falsa est propositio in rebus diuinis; si vero de initio originis

giniis seu naturæ loquatur, est assumptio falsa. Filius enim, et si est aeternus, tamen à Patre est, &c.

41.

*Spirituali nature non conuenit gignere, propria locutione.*

*At, Deus Spiritus est.*

*Ergo non genuit ab aeterno Filium  $\lambda\delta\gamma\sigma$ , propriè loquendo.*

Respondeo: Nego Maiorem, quia verbum Dei testatur, Filium genitum esse à Patre. Deinde etiam videmus in ijs corporibus, quæ magis ad spiritualem naturam accedunt, quod suam essentiam absque illa sui imminutione alteri communicent; vt, de igne alius ignis accenditur, nihil imminuto primo. Cur non igitur verbo Dei credamus, quod afferit, *Filium à Patre gigni?*

42.

*Si Deus Pater genuit  $\lambda\delta\gamma\sigma$ , ut Filium personalem, necessariò sequitur, quod alium Deum, id est, alterius essentia, genita videlicet, genuerit.*

*At sacra scriptura negat prorius, alium esse Deum, praeter unum Deum Patrem, creatorē, sua natura aeternum & ingenitum.*

*Ergo absurdum est, Patrem genuisse  $\lambda\delta\gamma\sigma$ , ut Filium personalem.*

Respondeo: Falsum est antecedens: Etsi enim  $\lambda\delta\gamma\sigma$ , qui est Deus, alius est à Deo Patre, non tamen est alius Deus; persona differt, natura autem est eadem. Præterea, si assumptio de na-

tura intelligatur, vera est. Sed cum nomen Dei de persona quoq; prædicetur, si ita resoluatur: *Non est alia persona, qua sit Deus, quam Pater, qui cœlum & terram creauit; falsa est, cum scriptura testetur, Iesum Christum esse verum Deum, qui tamen non est Pater.*

43.

*Si ἀβ· eternus genitus est à Deo Patre, necesse est, ipsum Deum genitum esse.*

*At Pater non est Deus genitus.*

*Ergò Pater non est idem Deus cum ἀβ· aeterno, & sic erunt plures Dij, & dissimiles, quod asseneretur est imp̄issimum.*

Respondeo: Nomen *Dei*, de personis, hic non absolutè prædicatur, sed secundū prius & posterius, ratione ordinis & originis. Itaque cum Pater *Deus*, & Filius *Deus* dicitur, & præterea Spiritus sanctus *Deus*, non sunt duo, aut tres Dij, sed unus Deus τριποτελεστάς, cuius sunt hæ distinctæ hypostases. Deinde nomen *geniti* & *ingeniti* additum, cum non de natura, seu essentia, sed modo existendi prædicetur, non efficit Patrem & Filium duos Deos. Sic enim explicandas sunt locutiones: *Pater non est Deus genitus, & Filius est Deus genitus*: Pater, qui est Deus, non tamen est genitus. Nam quoad essentiam & personam, est ingenitus, & innascibilitas illi propria est. Filius autem, qui genitus est, est nihilominus Deus, est persona genita, quæ est Deus. Itaque *genitum esse* ad personam referatur, non ad essentiam Filij, quæ eadem est cum

*Patris*

*Patris* essentia; quamvis Pater eandem ingenito modo, Filius verò genito modo habeat. *Eff̄ autē genitum & ingenitum, non essentiales, sed hypostaticas esse notiones*, id ex Adæ & Abeli exemplo patet; quorum Adam genitus non fuit, sed à Deo conditus; Abel autem ex Adamo genitus est, & tamen vna specie amborum essentia est; numero autem non eadem, non geniti & ingeniti, sed materiae ratione.

44.

*Si ἀβ· genitus est à Deo, aut à tota essentia diuinæ genitus est, aut à sola persona Patris.*

*At nec ex essentia tota, nec à persona Patris potuit gigni.*

*Ergò ἀβ· non est genitus à Deo.*

Minor probatur: *Quia si ab essentia tota fuisset genitus, à tota Trinitate, & ita à seipso quoque fuisset genitus; cum eiusdem sit essentia diuinæ, quæ vñica est. Siverò à sola Patris persona fuisset genitus; aut vnius perfecti, viuiq; Dei filius non esset; aut sola persona Patris esset verus, viuus, perfectus, & vnuus Deus, teste sacra scriptura.*

Respondeo: Ultima disiunctio est falsa, *Christum aut non esse vnuis Dei vnius Filium, aut personam Patris solam, esse Deum viuum.* Sed instant aduersarij hac ratione: *Christus est Filius Dei viuui*, Matth. 16. *Christus est Filius Dei Patris: Ergò Pater, seu Patris persona sola, est Deus viuus.*

Respondeo: Argumentum procedit ex particularibus, & plus est in conclusione, quam fuit in præmissis. Quod si Maiores ita ponant: *Ea persona, cuius Christus est Filius, sola est Deus viuus*; falsa est. Nam etiam Christus, ut verbum Dei docet, est Deus verus & viuus, qui tamen alius est à Patre. Imponit autem aduersarijs unus vocabuli *Dei*, in scripturis quodammodo æquiuocus. Deus viuus non est simpliciter is, qui Deum Filium genuit: non enim Pater solus viuus est, cum Filius vita in semetipso habeat, sicut Pater, & sit vita: sed Pater solus genuit. Cum dico, *Deus viuus, Deus creator mundi, Deus omnipotens, &c.* simpliciter hæc intelliguntur; sed ratione personarum explicandum est, qui Deus Filium genuerit. *Deus enim, non quia Deus, sed, quia Pater est, gignit.* Certum igitur est, Dominum nostrum Iesum Christum ratione generationis æternæ à Patre, esse verum Deum.

45.

*Quicquid numero dicitur unum, unum reuera, aut simplex natura non est.*

Sed Deus est simplex & incompositus.

Ergo Deus non est numero unus.

Respondeo: Est argumentum Basilij, quod extat in Epist. 141. Et concedo Syllogismum rectè intellectum. Et ipse Basilius explicat, quomodo Deus unus sit & dicatur, nempe, non ratione numeri, sed ratione natura seu essentia, aut substantia, que simplissima & incircumscripta est, & ita unum Deum dicimus, ut præter hunc unum

Deum

Deum nullus alius Deus esse possit. In Scholis dicitur, *de Deo non dici Mathematicam unitatem, qua est principium numeri, & aliquid quantum enti superaddit; sed unitatem Metaphysicam, qua priuatio est, & indivisibilitatem significat.*

46.

*Pater Christi est Deus Israëlis.*

*Dens autem Israëlis est unus Deus, extra quem non est alius.*

*Ergo Pater Christi est unus Deus, extra quem non est alius.*

Repondeo: Concedo totum argumentum, si de natura seu essentia, & non de persona intelligatur. Nam coincidit cum nostra argumentatione, quam opponimus Antitrinitariis: *Vnus tantum est Deus verus, prater quem Deus nullus esse potest. Pater est Deus verus, & Filius est Deus verus, & Spiritus sanctus est Deus verus. Ergo Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt unus ille verus Deus.*

47.

*1. Cor. 8. Paulus Patrem unum Deum nominat, ex quo omnia, & Filium unum Dominum, per quem omnia.*

*Ergo Patris est proprietas, qua distinguatur à Filio, quod ipse sit unus Deus.*

Respondeo: Priora verba Apostoli; *Nonimus, Idolum nihil esse in mundo, & quod non alius Deus, nisi unus, ostendunt, quod Paulus hic non excludat Filium, ne ille sit Deus, ut olim Ariani docuerunt, sed quod opponat unum Deum, i-*

dolis & falsis Dijis, qui non sunt Dij, aut Domini, nec sunt diuinitatis participes. At inquit: *Filium non intelligi nomine unius Dei, neq; enim alias adiungeretur, unum esse Dominum Iesum Christum.* Adhac distingui Patrem a Filio, quod hic sit Dominus, per quem ille Deus, ex quo omnia. Respondeo cum Basilio; Apostolum initio indefinitè *unum Deum nominasse*, quo nomine diuinam naturam indicārit, non tamen eo contentum, *Patris nomen adiecisse*, vt ostenderet, *ex quo omnia*, & Dominum Iesum Christum addidisse, *Verbum, per quod omnia*, vt ita à consideratione summæ naturæ Theologica, ad dispensationem assumptæ carnis, nos deduceret, quæ nomine *Iesu Christi* indicatur. Deinde constat, quis sit viuis particularum, *ex quo, & per quem*, quod non essentiæ, sed tantum hypostase in distinctionem significant.

## 48.

Ad Ephesios dicitur: *Unus Dominus, unus fides, unus baptisma, unus Deus, & Pater omnium, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus nobis.*

Resp. Non sequitur, *Pater est unus Deus super omnia, & per omnia, & in omnibus.* Ergo *Filius non est unus Deus.* Aut: *Solus Pater est unus Deus, &c.* Non enim hic quicquam additur, quod cogat nos, vnum ad originem referre. Et, cùm alibi Deus vntus dicatur, essentiæ ratione, & Deus essentia liter sit super omnia, & per omnia, dicitur *Pater unus Deus super omnia*, quod nullus

alius

alius Deus, extra eius essentiam sit *super omnia*. Filius autem, cùm sit eiusdem essentiæ, ab hac vnitate non excluditur.

## 49.

Scriptura solum Patrem vnum Deum, & omnium Deum nominat, & ubi nomen Dei absolute ponitur, semper de Patre intelligendum, & ad eum referendum est, non ad Filium, aut Spiritum sanctum, quorum uterque Deus est: Sed de Deo Patre.

Ergo Pater, & Filius, & Spiritus sanctus non sunt unus Deus. Antecedens probatur illis dictis, in quibus fit mentio vnius Dei, vt: *Ioh. 8. & 17. 1. Cor. 8. Item, Ephes. 4. Rom. 16. 1. Tim. 6. 1. Ioh. 5. 1. Tim. 2.*

Respondeo: Est fallacia ambiguitatis in nomine Dei. Primùm enim est nomen *natura* seu *essentia divina*, vt *homo*, nomen est humanæ naturæ; Cuius tamen est diuersa ratio, à ceteris naturarum nominibus. Nam cùm omnia individua finita inter se separata sint, natura hominum vna est, notione animi, re ipsa non vna. Itaque in his *natura* est species, quæ de individuis & singulis prædicatur, vt: *Petrus est homo*, & de pluribus etiam multitudinis numero, vt: *Petrus, Paulus, Iohannes, tres sunt homines.* Verum, cùm in Deo vna numero sit essentia seu natura, & re ipsa non tantum ratione vna, & ea simplicissima, quæ tamen est *reουπόσιος*, non men hoc *Dei*, non vt species de singulis perso-

nis prædicatur, sed secundum prius & posterius, originis & ordinis ratione, vt: *Pater est Deus, nempe, innascibilis, & Filius, genitus, & Spiritus sanctus, procedens.* Quod si, vt species, nomen Dei de personis dicereatur, sequeretur, *personas numero & essentia differentes, plures constituere Deos.* Deinde falsum est hoc, quod Antitrinitarij nugantur, *vbiunque nomen Dei absolute ponatur, & aliquid de Deo predicetur, ibi semper esse nomen unius persona;* quia interdum significat *personam, interdum verò naturam.* In eo autem falluntur aduersarij, ac illis similitudo imponit; quia enim essentia hæc non multiplicatur, vt finitæ; ideo nomen singularis naturæ, illi, *singularis persona nomen faciunt.* Cùm autem nomen Dei pro persona ponitur, vel additur aliquid, quod notionem personæ haberet, vt *cum Dei sanguine redempta Ecclesia dicitur*, manifestum est, ex attributo, hæc de Filio dici. Vel personæ inter se comparantur, & tum nomen Dei peculiariter pro *Patris persona* ponitur. Nam, quia Pater est principium, & fons diuinitatis, ratione ordinis & originis personarum, ideo κατ' ἐξοχὴν nomen Dei, in comparatione personarum, Patri attribuitur, præsertim vbi Mediatoris mentio fit. Tertio, quando *unius persona loco* nomen Dei ponitur, & *vnum Patrem* significat, diuinitas hoc nomine comprehenditur, quæ Filio quoque communis est. Quartò, vbi nomen Dei absq; attributo personali, aut comparatione aliquius personæ absolute, simpliciter, seu indefinitè

nitè

nité ponitur, nomine *Dei ipsam essentiam* (quæ est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, vnuus Deus, ex quo, & per quem, & in quo omnia) intelligimus, vt, Ioh. 4. *Deus est Spiritus.* Item, *Cum lex iubet, Deum vnum colere, adorare.* Item, Astor. 8. *Oportet Deo magis obedire, quam hominibus.* Item, *Non potestis Deo servire & Mammona, &c.* Date Deo, quæ sunt Dei, &c. Hic nomen Dei indefinitiuè positum, competit omnibus tribus personis Trinitatis.

50.

*Deus Israëlis, quem Israëlitæ semper adorârunt, & coluerunt, est vnuus ille Deus, quem Lex & Prophetæ annunciant.*

*Sed Pater Christi est Deus Israëlis,*

*Ergo Pater Christi est vnuus ille Deus, quem Lex & Prophetæ prædicant.*

Respondeo: Concedo totum argumentum, dextre intellectum, quia nos etiam dicimus: *Patrem esse vnum Deum Israëlis.* Non enim aliud Deum, aliam naturam & essentiam in Patre agnoscimus, nisi eam ipsam, quam vnicam Lex & Prophetæ prædicant. Simili modo nos argumentamur de Christo: *Christus est Deus Israëlis, qui Patribus vijsus est, cuius Spiritu afflati Prophetæ locuti sunt.* Ergo Christus est vnuus ille Deus Non enim alia quoq; Deitas & natura seu essentia diuina in Christo est, quam quæ in Patre; & vnuus Deus Pater est, ita vnuus Deus Filius, & ambo simul vnuus Deus, natura seu essentia. Quid si

L

verò ita argumentum suum explicit aduersarij, ut è tribus personis diuinitatis solum Patrem esse Deum Iſraēlis afferant, negamus assumptionem, quia verbum Dei docet, etiam Filiū esse Deum Iſraēlis, quem Iſraēlīta etiam iuocarunt, &c.

51.

*Non est prater me Servator. Item: Tantum ex me salus tua Iſraēl.*

*Ergo Filius non est Deus cum Patre.*

Resp: Testimonia illa, in quibus exclusiæ ponuntur particulæ, respiciunt creaturas; & quicquid natura non est Deus, siue extet in rerum natura, vt: *Sol, Luna, quos pro Dijs coluere veteres*, siue tantum sit cogitationis nostræ inuentum, *qualia plurima idola cordis, Dei loco, a spiritu hominibus voluntur.* Itaq; cùm his, quinatura Dij non sunt, opponatur verus & natura Deus, qui est Pater æternus, & ab eo genitus Filius, ac Spiritus S. ab vtroq; procedens, commodè *Dei nomen in his locis, de Patre, Filio, & Spiritu sancto, uno Deo accipi potest.* Et si tantum viuis personæ expressa fiat mentio, tamen inde non debent cæteræ excludi; sed tantum, quicquid natura non est Deus.

52.

*Scriptura ubiq; loquitur distincte de Patre, Filiō, & Spiritu sancto: Et, nunquam eos in unum confundit, sed docet, unum esse Deum Patrem.*

*Ergo Pater, Filius, & Spiritus sanctus non sunt viuis Deus.*

Respon-

Respondeo: Nego consequiam; quia sunt scopæ dissolutæ. Non enim sequitur: *Sunt distincta persone.* Ergo non est una eademq; trium personarum essentia, & non est unus Deus Pater, cum Filio, & Spiritu sancto. Et, d. instantiam: *In humana anima sunt distincta facultates, mens, qua intelligimus, & alia, qua sentimus, tertia, qua vivimus;* Et tamen una est essentiæ trium, & una sunt anima. Instant contra solutionem.

*Scriptura nunquam Patrem & Filium comprehendit sub uno Dei nomine. Ergo non sunt unus Deus.*

Respondeo: Antecedens falso est, quia ex scriptura constat, vbi verbum Dei, *indefinitè de Deo loquitur, & Deum, vel secundum naturam suam considerat, vel creaturis aut factijs Dijs* opposit, tum nomen *Dei* non ad certam personam restringi, sed cùm Pater verus sit Deus, & Filius verus Deus, & Spiritus sanctus verus Deus, & non possiat esse plures Dij, necesse est, vt nomine *Dei* non solum Patrem, sed cum eo Filiū & Spiritum sanctum intelligamus, nisi vel plures Deos facere velimus, vel Filio & Spiritui sancto veram Deitatem admere. Aliud verò est, vbi verbum Dei *relativè de Deo loquitur, & vbi personæ inter se opponuntur, vel conferuntur, vel earum propriitates describuntur;* tum enim personæ distinguuntur, & nomen *Dei* ad certam personam restringitur.

53.

*Ubi nulla sit personarum comparatio, ibi nihilominus distincte scriptura de Deo loquitur, & Dei nomen ad solum Patrem restringit. Nam ad eum modum Christus Iudeis loquitur: Pater meus est, qui me glorificat, quem vos dicitis, Deum vestrum esse. Iudai autem non agnoverunt unum Deum, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Itaque personas non compararunt, cum unum duxerat Deum crederent.*

Respondeo: Est inepta argumentatio: *Iudei non agnoverunt distinctas personas, sed unum duxerat Deum.*:igitur in Christi verbis ad Iudeos nulla est personarum comparatio. Non reprehendit Christus Iudeos, quod unum Deum confitebantur, sed quod se, Filium illius unius Dei, non agnoscebant. Quero, si non reprehendit, num probabit fidem illam Iudeorum, quia unum Deum, ut Antitrinitarij contendunt, credebant, quem tam non agnoscebant Patrem Christi? Non opinamur, dicent: Non accusat, quod se Deum non agnoscerent: num tamen ideo Christus non erat Deus? Illud autem certum est, cum Christus Deum Patrem suum profiteatur, se autem Filium, & glorificationem Deo acceptam ad se quoque referat, ut Patri suo, falso Antitrinitarios asserere, nullam esse personarum comparationem.

54.

*Quorum sunt distincta operationes, eorum etiam essentiae sunt distinctae.*

*Sed Patris & Filij operationes sunt distinctae.*

Ergo

*Ergo distincte quoq; sunt illorum essentiae.*

Maior confirmatur omnium penè Patrum testimonio in sexta Synodo, in qua aduerius Monothelitas hoc argumentum præcipue Patres vrgent, naturam, seu essentiam, & voluntatem atq; operationem sese mutuo consequi: itaq;, si in Christo sint dua natura, esse etiam duas in eo voluntates & operationes: Rursus, si in Christo statuatur una voluntas & operatio, tolli distinctionem naturalium.

Minor etiam manifesta est, quia Pater gignit Filium, Filius non gignit, sed à Patre gignitur.

Resp. Operationes sunt duplices; internæ, & externæ. De externis operationibus intelligenda est propositio argumenti: uno enim operante, & altero interim cessante, essentiæ sunt distinctæ. At internas operationes non sequitur distinctio aut diuisio essentiarum; imd generatio Filii, & processio Spiritus sancti unitatem essentiæ confirmant: generatione enim una eademq;, & integra Patris essentia, Filio communicatur. Atq; hæc est ratio, quod una est vtriusq; essentia. De his internis operationibus loquitur assumptio argumenti. Quare, cum aliud genus operationum in Maiore, aliud in Minore intelligatur, nulla est huius rationis consecutio. Sunt enim propter διωρυγαν quatuor termini huius argumenti. Si autem ad ambiguitatem tollendam vtraq; propositio de eodem genere operationum intelligatur, alterutra harum falsa erit. Nam neq; internæ operationes distinctas essen-

L 3

tias efficiunt, neq; Pater & Filius externis operationibus differunt. At dicat quis, etiam externis operationibus Patrem a Filio differre, propterea quod Filius humanam carnem assumpsit, quam neq; Pater, neq; etiam Spiritus S. assumpit. Respondeo: in opere incarnationis spectantur duo termini, a quo, &c., ad quem. & secundum hunc incarnationis solius Filii propria est. At propterea, neq; Pater, neq; Spiritus S. ab opere incarnationis separati sunt, cum ex Spiritu sancto virgo mater conceperit, & virtus altissimi obumbravit illam, &c.

Obijcunt etiam, voluntatum diuersitatem in Patre & Filio statui, in illa preicatione Christi: Pater, si est possibile, transeat a me poculum hoc.

Respondeo: Hæc à Christo secundum humanam naturam dicuntur; ideoque non transferenda sunt ad diuinam naturam, de qua nunc queritur. Humana natura in Christo, ordine diuinatus in natura integra condito, mortem, quatenus erat naturæ cruciatus & destructio, exhorrescebat, fugiebat, & deprecabatur. Intercedit tamen Christus voti sui correctionem addit, dicens: Non, sicut ego volo, sed sicut tu: quibus verbis ostendit, se paratum esse ad subeundam mortem, quatenus erat sacrificium pro peccatis hominum Deo placens, & aeterno atque imminutibili Patris & suo consilio decretum. Quare ex hoc loco, neque diuersitas voluntatum Patris & Filii, neque pugnantes in Christo voluntates, ostenduntur.

*Effen-*

55.

*Essentia ingenita, & gignens, non est eadem cum essentia genita, & non gignente. Sed Filius essentia genita est, non autem ipsa gignit: Patris vero ingenita est, ex qua tamen genitus est Filius.*

*Ergo Filii essentia non est eadem cum Patris essentia, sed diuersa.*

Respondeo: Est vetus argumentum Arianorum; *ingenitum & genitum sunt diuersa substantia.* Minor verò falsa est, essentiam Filii gentiam esse. Nomina enim *ingeniti, & geniti,* non ad essentiam pertinent, sed hypostaticam differentiam indicant. Deinde, *in diuinis non essentia generat, sed persona generat & generatur;* quæ tamen non est nihil, aut vana relatio, cum non statuantur absque essentia.

56.

*Duo vel tres persona distincta, habent essentias distinctas. Nam essentiarum distinctio consequitur necessariò ex personarum distinctione.*

*Sed Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt tres distincta persona.*

*Ergo habent distinctas essentias.*

Respondeo: Maior vera est in rebus naturilibus, in his enim, proper concretionem materiæ, essentiæ multiplicantur. Itaque quando plures sunt homines, quilibet suam propriam habet essentiam, quæ, et si notione animi & similitudine una est, tamen tempore, loco, attributisque alijs, separatur. Adhæc finita essen-

L 4

tia non potest plurimum, aut in pluribus esse, sine separatione, distinctione, divisione. Cum vero essentia diuina longissimè ab omni materie concretione absit, & eadem sit infinita, nequaquam hic locum habent, quæ essentiæ finitæ propria sunt: sed sicut finitum ab infinito differt; ita etiam diuersæ sunt utriusque essentiæ proprietates; immo non esset infinita & incomprehensibilis diuina essentia, si non integra plurimum esse posset. Quare cum verbum Dei nos doceat, naturam diuinam, quæ unica & simplicissima est, communem esse Patri, & Filio, & Spiritui sancto, valeant haec Physicæ rationes, quæ ineptæ & impie diuinis oraculis opponuntur.

## 57.

*Duo vel tria similia non sunt una essentia; Ergo Pater & Filius non sunt una essentia.*

Præterea, *Nomina, quæ distinctas personas, & non nudas relationes, sed substantias significant, ea significant etiam substantias, sine essentiæ distinctas:* Sed Patris, Filij, & Spiritus sancti nominibus non significantur nudaæ relationes, sed persona, essentiæ seu substantiam veram propriamq; habentes.

Ergo his nominibus indicantur quoq; distinctæ essentiæ.

Resp. Non valet consecutio ab essentiæ creaturarum, ad essentiam diuinam. Deinde non rectè dicitur: *Patrem & Filium esse duo similia, cum, iuxta Theologos, simile non commodè de Deo dicatur, & illi malint equalitatis nomine vti,*

quæ

qua similitudinem, & præterea plus aliquid, in se continet.

## 58.

*Christus habet Patrem, qui est Deus Christi.*

*Pater nullum habet Deum suum.*

*Ergo, essentiæ distinguuntur Pater & Filius.*

*Antecedens probatur verbis Christi; Ascendo ad Patrem meum, & Deum meum. Item Psal. 22. Deus meus, quare me dereliquisti. Item, ex omnibus illis locis, in quibus se Christus filium Dei vocat.*

Respondeo: Est argumentum vetus Eunomij hæretici, olim piis doctoribus obiectum, quo ille voluit ostendere, Filium alterius à Patre naturæ, & illo inferiorem esse. Patres autem, Hilarius, Nazianzenus, Epiphanius, Cyrius, & alii dicunt, his dictis non tolli equalitatem Filii Dei cum Patre. Patrem enim Christi Deum dici, non Verbi, sed hominis respectu, vel secundum humanam naturam.

## 59.

*Si appellatione Dei Christus quoq; seipsum intellegieret, includeret se, mentione Dei factâ.*

*Sed non includit se; verum discretè loquitur de se, & Patrem appellat. solum verum Deum, se autem illius legatum. Ioan. 3. Sic Deus dilexit, &c. Item, Ioan. 17. Hæc est vita æterna, &c.*

*Ergo, Christus non est verus Deus.*

Respondeo: Falsa est assumptio aduersariorum; Filiū non includere se nomine Dei, sed semper discretè de se loqui. Discernit quidem

Christus sc̄ à Deo Patre, personā & officio; non autem Deitate, siue essentiā. Discernit se Christus à Patre, tanquam Filium, & tanquam Mediátorem Dei & hominum, non autem, quā Deus est. At, vbi in sacris literis de ipsa Deitate sermo est, Filius, quoad Deitatem, non discernit se à Patre; veluti, cum dicit; *Nemo bonus, nisi unus, qui est Deus.* Si enim hīc se discerneret, sequeretur, eum à bonitate, perfectione, & effectiōne semetipsum exclusiſſe, quod est falsissimum. Item, Cūm Christus dicit, *Omnia Deo esse posſibilia;* Item, *Non potestis Deo servire & Mammonam, &c. & in similibus aliis locis;* illic certè eriam nomine Deiſe quoq; complectitur, & Patti vt natura, ita societate eiusdem nominis, se adiungit, Ambros.lib.3.de Fide, cap. 2. ait: *Cum legis Deum, non separas Patrem, non separas Filium, quia diuinitas Patris & Filii, una eademque est.*

60.

*Pater est dominus, & se est, & se habet omnia, & agit à se. Filius non est dominus, sed est Deus de Deo, ex Patre est, & omnia, quae habet, ab illo habet; id, quod Filius ipse met de se testatur.*

*Ergo, Filius non est verus Deus sc̄cum Patre.*

Respondeo: Nego Minorem, qua dicunt, *Christum non esse dominum.* Nam, si spectamus Filium Dei, quatenus est genitus ab æterno à Patre, &c. vt secunda persona est, fatemur, Filium esse à Patre: Verum, Cūm Filius sit verus, si consideramus eum, qua Deus est, vtique est dominus.

Diuini-

Diuinitas enim, vbiunque est, ingenita, & à se ipsa est, originem nesciens, &c, quæ Esse suum a liundē non mutuatur.

61.

*Essentia simplex nō potest esse trium personarum; alias enim vel multiplicaretur, vel laceraretur in partes.*

*Sed Dei essentia, quia & Patris est essentia, simplicissima est:*

*Ergo, non est trium personarum, sed solius Patris.*

Respondeo: Maior vera est, de finitis essentiis, quæ absq; multiplicatione aut partitione aliqua, pluribus personis non possunt cōmunicari. Sed inde falso concluditur idem, de infinita Dei essentia, quæ eadem & integra est in singulis personis: huius simplicitas, & indiuidua natura personarum numero non tollitur.

62.

*Quacunq; separatim numerantur, bac non sunt unum, numero & essentiā.*

*Sed Pater & Filius separatim numerantur, & horum quisq; dicitur signatim unus. Unus Deus, & unus Mediator; unus Deus & Pater, & unus Dñs.*

*Ergo, Pater & Filius non sunt unus numero Deus, ani una essentia.*

Respondeo: Fallsum est, numerationem inferre distinctionem essentiārum, quando in rebus finitis etiam multiplicatis essentiis, non tamen essentiārum, sed personarum, seu in oīdōv ratione, singulare res numerantur. Illud quidem, quod numeratur, unum est, neque sine essentia est

vnum; non tamen idcirco essentialiter seu propria essentia est vnum, ab alio quoquis essentiâ separatum. Itaq; cùm Pater & Filius numerantur, hypostaticè duo numerantur, non essentialiter: *Vnus Deus Pater; Vnus Mediator, Dominus noster Iesus Christus;* vt Pater & Filius, vt Deus & Mediator Dei & hominum, distinguuntur, & singularim quisque numeratur, & vnum esse dicuntur. At, vbi Deitas consideratur, non aliam in Patre, aliam in Filio naturam & essentiam contemplamur, sed vna utriusq; Deitas, & ambo unum numen, vnum Deus.

63.

*Idem numero & essentiâ non sunt, quorum alter dicitur esse apud alterum.*

Sed Filius, qui est Verbum, dicitur fuisse apud Deum Patrem, Ioan. i. cap.

Ergo, Filius & Pater idem numero & essentiâ non sunt.

Respondeo: Verbum fuisse apud Deum Patrem, non, vt essentia differens quiddam, & numero discretum à Patre, sed, vt eiusdem naturæ distincta hypostasis. Nam vt, *esse alterum apud alterum*, notat distinctionem; ita essentiam vnam esse utriusq;, idem Euangelista indicat, dicens, *Deus erat ille Sermo. Quatenus igitur alter & alter est, hypostatisbus distincti sunt; sed, quatenus ipsam Verbum est essentia Dei, quæ est Deus, vnum sunt essentia; ita est alio & apud Deum, & Deus est ipse Sermo.*

64. Si

64.

*Sie eadém essentia communis est tribus personis, posset etiam communis esse pluribus.*

*Sed essentia divina non potest esse communis pluribus.*

*Ergo, neq; tribus est communis.*

Respondeo: Hac hypothesis falsa est, quia pugnat cum Verbo Dei, quod docet, *nomen Dei, seu essentiam Dei, non pluribus, nec paucioribus, quam tribus personis, ex aquo communem esse:* Et, sicut est vnum Pater, non plures; sic non plures sunt Filii, aut Spiritus sancti, sed vnum Filius Dei, & vnum Spiritus sanctus Deus, non tres Dij, sed vnum Deus.

65.

*Essentia Patris non est genita, neque procedens ab alio. Filius est genitus, & Spiritus sanctus procedit.*

*Ergo, non sunt essentia Patris.*

Respondeo: Falsa est propositio huius argumenti, si in vniuersum affirmat, *omnem, qui est Patris essentia, non esse genitum, neque procedere.* Nam nos dicimus: *Filium, qui genitus est, & Spiritum sanctum, qui procedit, essentiam eandem cum Patre habere.* Quod si hæc propositio particularis est, *Patris essentiam ingenitam esse*, nulla erit huius argumenti connexio, quod tantum particularibus propositionibus constat.

66.

*Pater & Filius re ipsa distincti sunt.*

*Pater autem est absolute Deus, seu essentia diu-*

na. Nam *Pater & Deus* sunt Synonima; quia vocabulum *Disico* per vocabulum *Patris* explicatur, i. Thes. i. *Permanestis ante Deum, & Patrem nostrum.*

*Ergo, Filius essentia distinctus est à Patre.*

Respondeo: Non sequitur, *Pater & Filius re ipsa distincti sunt.*: *Ergo, essentia eorum distincta sunt re ipsa, neque, una est utriusque essentia; quia Patris & Filij nomina, sunt relata, quae significant quidem distinctas in*tos*co*res, in ipsa essentia Dei, ratione tamen ab essentia distinctas.

67.

*Si una essentia diuina, est communis tribus personis, singula etiam persona erunt communes; nam singula persona sunt illa essentia.*

*Sed persona non sunt communes, ut qualibet eam cum simul & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sit.*

*Ergo, neque, essentia una & communis est trium personarum.*

Respondeo: Hoc argumentum ex eo errore oritur, neimpe, quod distinctio persona ab essentia non obseruatur. Etsi enim essentia & persona re ipsa non differunt, ratione tamen non distinguuntur. Itaque non sequitur, si essentia communis est trium personarum, personas ipsas etiam communes esse. Exempli causa: *Adam communicat suam essentiam filio Abeli.* Cùm autem Adam non tantum homo sit, quod essentiae eius nomen est, sed etiam Pater sit filij & homini ac Pater in Adamo unum sint essentia, quæ tantum ratione differunt;

funt; non tamen hinc sequitur, *Abelum, qui essentiam ab Adomo habet, & homo est, ideo quoque paternitatem ab eodem habere, & Patrem esse.*

68.

*Pater aeternus non est Filius, quem Iohannes vocat.*

*Essentia autem diuinitatis, sive unus ille Deus Israe*l*, est Pater aeternus Filij unigeniti.*

*Ergo, essentia diuina, seu Deus Israe*l*, non est filius, seu Sermo Dei.*

Respondeo: Maior propositio falsa est, quæ, vt argumentum constet, ita resoluitur. *Essentia illa, sive, ille Deus, qui est Pater, non est Filius.* Etsi enim personæ reuera sunt distinctæ, & Pater non est Filius, tamen essentia Patris est Sermo ille, iuxta illud Ioannis: *Et Deus erat ille Sermo.* Essentia enim non est distincta, quamvis personæ sint distinctæ.

69.

*Missus & mittens, non possunt esse idem, numero & essentia.*

*Sed Filius Dei à Iehoua missus est:*

*Ergo, Filius & Iehoua, qui Pater est, non sunt idem, seu una essentia.*

Respondeo: Maior huius argumenti in rebus finitis & creatis vera est; sed in articulo hoc, ybi de Deo trino & uno, creatore infinito & immenso, disputamus, est falsissima. Deinde, non tantum Pater, sed etiam Filius, aliquoties Iehoua dicitur: nihil ergo hoc argumento probari potest.

70.

*Essentia & unus Deus connuertuntur. Unus iuxta vos est Trinus.*

*Ergo, essentia est Trina.*

Respondeo: Deus, qui unus est essentia, idem trinus est personis, seu, est *reius nōsūlō*. Eodem modo concedimus, vnicam illam essentiam esse trinam, hoc est, integrè & impartibiliter in tribus personis subsistente. At essentiam trinam esse, quod vel tres sint essentiae diuersæ, vel tres distinctæ essentiae, quæ vna specie sint essentia, falso est.

71.

*Filius dicitur alius à Patre, sicut & Spiritus sanctus alius à Patre dicitur.*

Sed *Spiritus sanctus alius dicitur, non persona tantum, sed distinctione Spiritus procedentis ab eo, à quo procedit.* Propterea Christus promittit, se alium paracletum daturum, qui à Patre procedit; ut distinguat Spiritum procedentem ab eo, à quo procedit.

*Ergo, etiam Filius alius à Patre dicitur, distinctione Spiritus geniti ab ingenito, non persona tantum.*

Respondeo: In hoc argumēto duo falsa sunt; Primum: *Patrem, Filium & Spiritum sanctum, esse tres spiritus.* Deinde, *ingenitum, genitum, & procedens, non esse differentias hypostaticas, sed essentiales.* Quod si Filius alius est à Patre, non tantum persona, sed alius Spiritus, distinctus à Patre, quia tamen Spiritus est Deus, sequitur, *dnoz esse Deos.*

72. *Qui*

72.

*Qui originem habet, non est unus ille veris Deus, expers originis, & à seipso existens, qui est Pater aeternus.*

*Filius originem habet ex Patre.*

*Ergo, non est idem Deus unus, qui Pater, à seipso existens.*

Respondeo: Propositio argumenti vera est, de origine essentia vel temporis, non autem de origine persona. Cum enim essentia Filij non aliunde sit orta; sed eadem illa, quæ Patris est, & per se existit ab æterno, Filio communicata sit: sequitur, *Filium, persona quidem respectu, & quæ Filius est, originem habere ex Patre; eundem tamen, quæ Deus, seu quatenus unius & eiusdem Deitatis est cum Patre, originis expertem esse.*

73.

*Christus eo tantum modo unum est cum Patre, quo credentes, tūm cum Deo, tūm etiam inter se, unum sunt, Ioan. 17.*

Credentes autem non essentia unitate, sed animorum & voluntatum consensu, & proprietatum communicatione, tantum sunt unum cum Deo, & inter se.

Ergo, *Filius non essentia unitate, sed consensu, & proprietatum communicatione, unum est cum Deo Patre;*

Respondeo: Falsa est propositio huius argumenti. Etsi enim Christus, *Ioan. 17. de cōcordia & proprietatū similitudine loquitur, non tamen docet nullam præterea allam, & caritatem con-*

M

iunctionem sive unitatem esse Patris & Filii; quam sit inter homines. Imò alibi Scriptura docet, *Filiū ex Pātre genitum, & aequalē Patri, & cōundem illum, qui est Pāter, Iehouam esse.* Vnde cōsequitur, propter aequalitatem & unitatem essentia, Patrem & Filium voluntate vnum, & inse-  
nnicem esse.

74.

*Vbicunq; Scriptura de unitate loquitur, dictio vnum, neutraliter posita, nunquam ad identitatem rei, vel substantia, sed ad unitatem affectus, & similitudinis refertur. Sic Spiritus, aqua & sanguis, apud Ioannem, vnum sunt. Et apud Paulum, Paulus & Apollo vnum sunt; & omnes in Christum credentes vnum sunt. Eadem Scriptura, vbi loquitur de unitate Patris & Filii nunquam dicit, quod vnuſ sunt, sed quod vnum.*

Ergo, Pater & Filius non identitate essentia, sed unitate charitatis, voluntatis, similitudinis, coniunctionis, vnum sunt.

Respondeo: Etsi in his locis statuitur unitas, charitatis, voluntatis & societatis concordia, nō tamen idē tollitur identitas essentia.

75.

Tertullianus nostram sententiam tuetur dicens. *Vnum, neutraliter positum, societatis concordiam, non unitatem personarionat.* Vnum enim, hon-  
vnuſ esse dicitur, quoniam nec ad numerum refer-  
tur, sed ad societatem alterius exprimitur.

Respondeo: Est fallacia diuisionis, quia Antitrinitarij mala fide omittunt verba sequentia,

vbi

vbi seipsum author declarat, quod non sit Arianorum sententia. Ita enim de Trinitate ibidem ait: *Sumus, non sum, ut ostenderet, per hoc, quod dixit Sumus, & Pater, duas esse personas.* Vnum autem, quod ait ad concordiam, & ad eandem sententiam, & ad ipsam charitatis societatem, pertinere, ut merito vnum sit Pater & Filius, per concordiam, & per amorem, & per dilectionem. Et, quoniam ex Pātre est, quicquid illud est, Filius est, manente tamen distinctione, ut non sit Pater ille, qui Filius, quia nec Filius ille, qui Pāter est. Nec enim Sumus addidic-  
set, si vnum se & solitarium Patrem, Filium factum esse, meminisset. Ideo asserit Tertullianus unitatē societatis, ut Sabellianam unitatem tollat, quae aufert personarum distinctionem: essentia unitatem interea non tollit, cum dicit: *Filiū, quicquid sit, ex Pātre esse, sic tamen, ut sit Filius, ut perso-  
narum distinctione maneat.* Imò idē author in lib. aduersus Praxeam, illud, *Ego & Pāter vnum su-  
mus, inquit, dictum esse ad substantiæ unitatem,* non ad numeri singularitatem.

76.

*Duo vel tres non possunt esse unus.* Eset enim manifesta contradictione: Sed multivnum esse pos-  
sunt. *Pater & Filius, & Spiritus sanctus sunt tres,* iuxta illud 1.Ioan.5. *Tres sunt, qui testificantur in  
cælo, Pater, Sermo & Spiritus sanctus.*

Ergo, Pater, Filius, & Spiritus sanctus non sunt  
vnuſ, sed vnum.

Respondeo: Cocedo totum argumentum de-  
xtrę intellectū. Nō enim simpliciter & absolute

dicimus, quod Pater, Filius & Spiritus sanctus sint unus; hoc enim Sabellianum est; & personas confundit; sed, cum adiectione dicimus, Patrem & Filium, atq; Spiritum sanctum, esse unum Deum, esse tres personas, unius essentia & Deitatis. Itaque nulla est in doctrina nostra contradictione, quando Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, esse unum Deum dicimus, & eodem esse tres personas, affirmamus, quia, diuerso respectu, vnum & multa esse dicuntur, cum hypostasis & essentia distinguantur.

77.

Nomen ὁμοστού Consustancialis, seu Coessentialis, quo Niceni Patres usi sunt, non significat, Patrem & Filium esse unius eiusdem substantiae. Igitur, contra Nicanam Synodum, & Parrum auctoritatem, ὁμοστον explicatur per identitatem substantiae.

Respondeo: Dicimus, esse dissimilitudinem quandam in consubstantialitate Patris & Filii, & item Christi nobiscum secundum carnem. Humana enim natura est finita, & diuidua, &c, que multiplicari potest, ideoq; vna eademq; numero essentia, in Christo & ceteris hominibus esse negavit; Sed essentia diuinitatis individua est, & multiplicationem non recipit. Quare hic est modo unitas, sed & identitas, cum sacra Scriptura restetur, vnam tantum esse verum Deum, quem tam Filium & Spiritum sanctum, quam Patrem esse, testatur. Quod autem Patres negent, vocem ὁμοστον significare eandem essentiam, est crassum mendacium.

mendacium. Nam, sic Athanasius inquit, qui fuit magna pars istius Concilij: Si vere Filius est, & Verbum, & Sapientia, & splendor, & imago Patris, recte ergo dictum fuerit, eum consubstantiale esse, nisi contra, scilicet rationibus, demonstretur, cum non ex Deo, sed a Deo, pro instrumento, quod alterius sit natura, quam suis author, conditum esse. Proba igitur Concilium scripsit, & recte rem ipsam intellectu. Theod. Filius est eiusdem substantiae, cum Deo & Patre: a sacra Scripturā, & sanctis Patribus, qui Nicaea coniunxerunt, confiteri docti sumus. Augustin. Omnes, quos legere potui de Trinitate, docent, quod Pater, Filius & Spiritus sanctus, unius eiusdem substantiae, inseparabili aequalitate, insinuant unitatem; ideoq; non sunt tres Dii, sed unus Deus. Hilarius idem sentit, in Disputatione de Synodis, ubi ὁμοστον vnam substantiam interpretatur.

78.

Quod est consubstantiale, id non est vnum; aliud enim alij, non ipsum sibi coessential est. Et vox, cōn, aut Graca ὁμος, duarum substantiarum significativa est, earumq; relationem mutuam significat. Sed Pater & Filius sunt, consubstantiales.

Ergo, Pater & Filius sunt duas substantias, que mutuam relationem habent.

Respondeo: Est fallacia compositionis & divisionis. Nomen enim consubstantialis, & coessentialis, non de uno dicitur, sed de duobus, aut pluribus: interim tamen horum unitatem, quoad

naturam & essentiam, significat, ut, exempli gratia; Petrus non est sibi ipse coessentialis, sed Paulo aut Iohanni; Attamen, Cum Petrus & Paulus coessentiales dicuntur, indicatur quidem, & quasi presupponitur, eos duos esse; de quibus tamen affirmatur, quod unum sunt essentia. Aduersarij igitur in eo peccant, quod Patis & Filij distinctionem vrgent, unitatem omittunt; deinde ambiguitatem cōmittunt, cūm substantiarum distinctionē requiri in his aiunt, qui sunt consubstantiales: nomen enim *Substantia*, aliis *essentia*, aliis *unitas*, significat: Sēd falsō. Nam, ut Ambrosius scribit: *quosq; nomine, & personarum distinctio, & natura unitas significatur.* Neque nomen hoc relationem in essentia significat; sed in distinctis personis, & quæ mutuam relationem habent, essentiae unitatem denotat. Quod si relatio sit in essentia Dei; aut multos Deos asserere, aut Filij Deitatem abnegare oportet. Relatio enim incommunicabili proprietate personas distinguit, ut, Pater refertur ad Filium, & ab eo distinguitur, quod Filius non est Pater generans, nec Pater Filius genitus. Si igitur hæc distinctio in essentia Dei posita est, oportet hanc ita esse propriam Patri, ut non sit communis Filio, alioquin non different; ita autem in nihilum redigitur eius diuinitas. Quod si Pater penes se habet essentiam illam imminens Deitatis, sed tamen Filium generat, qui sit Deus à Patre essentiatus, neesse est, duas essentias, & duos Deos, consti-tui, quorum alter specie tantum & nomine sit

Deus

Deus, cūm eo destituatur, quod est maximè proprium, esse à seipso.

*Filius Dei non potest dici Patri eterno consubstantialis, vel coessentialis, nisi eius essentia de Patris essentia sit genita. Et, si persona respectu relatio fiat, sequitur, Filium fore compersonalem, non coessentialem; immo, fore ipsum essentiale Patrem.*

Respondeo: Turpiter decipiuntur aduersarij: Primum enim diuina rebus creatis comparant; in his coessentialis vnum dignatur ab altero, & non est numero vna essentia, quia materiæ ratione, unitas essentiæ in partes est diuidua: at diuisio & multiplicatio nequaquam cadit in diuinam essentiam. Deinde existimant, coessentialis, respectu relationis dici, cūm illud relatorum unitatem & coniunctionem significet. Sic ut enim, quod vnum & solitarium est, sibi ipsi non est coessentialis; ita etiam duo, quæ non tantum hypostasi, sed idq; differunt, non sunt coessentialia. In eo autem errant aduersarij, quod cūm videant, *quosq; de duabus aut pluribus dici, & presupponere quandam distinctionem, seu relationem, non distinguunt essentiam diuinitatis, ab esse hypostatico, seu differentiis hypostaticis singulis.* Et, quia hypostaticam differentiam nihil esse putant in diuinis, essentiam differentiam statuunt: & cūm negare non possint, *prater distinctionem, unitatem quoq; aliquæ statui, eorum, quæ sunt coessentialia, confugiunt ad Logicā unitatem, & similitudinis unitatē nobis obtrudere conantur.*

Niceni Patres docuerunt, Filium esse Deum de  
Deo vero.

Ergo, non sunt ambo unus verus Deus,

Respondeo: Symbolum Nicænum hos præstigiatores confutat; cum ait: *non aliud Deum, de alio, sed verum Deum, de vero Deo esse genitum, non factum, consubstantiale Patri, in quem, ut in Patrem, credendum sit.* Cùm enim verus Deus, non nisi unus & immensæ atque indiuiduæ sit essentia, qui verum Deum de vero Deo genitum dicit, & gignentem & genitum unum eundemque Deum esse, profiteretur. Alij dicunt; in *Symbolo Nicano & Apostolico verbum Dei absoluè positum, intelligendum esse, essentialiter, non personaliter.* Sed respondent noui isti Ariani, *Filium esse verū Deum, non, quia sit eiusdem cùm Patre essentia, sed, quia ex Patre vero Deo ortus sit, eiusq; naturam referat.* Verū, necesse est, eum, qui verus Deus sit, etiam unum esse Deum cùm æterno Patre, quandoquidem Iehoua, qui solus est verus Deus, est unus essentia. Itaque si Filius est verus Deus, oportet, vt eandem substantiam habeat totam: Neque enim alia Divinitatis essentia, separata à Patris essentia, produci potest; nisi velimus statuere, *Dei essentiam numero diuiduam esse, aut multiplicari posse;* quod omnino impium & blasphemum est.

*Mediator hominum, apud Deum Israëlis, non est ipso Deus Israëlis.*

*Filius autem est Mediator erga Deum Israëlis,*

*Ergo Filius non est ipso Deus Israëlis.*

Maior huius argumenti confirmatur ex absurdis, quæ consequuntur, si dicamus, *Deum Israëlis esse Mediatorem apud Deum.* Primum enim Deus statuit seipso inferior. Deinde, Deus orabit seipsum. Tertiò, pars offensacrit mediatrix apud seipsum.

Respondeo ad absurdâ: *Ad primum:* Non consequi, Deum seipso inferiorem esse, quia sit Mediator. Nam, officij quidem ratione, Mediator eo inferior est, apud quem intercedit: sed non naturâ ideo est inferior, cùm apud homines sæpè æqualis, apud alios æquales, pro alijs intercessor fiat: Ita Filius, qui est unus Deus cum Patre, & in forma Dei, æqualis Deo, seipsum exinanuit, forma serui assumpta, & ad officium Mediatoris demisit, absq; ylla naturæ, potentie, majestatis & Deitatis suæ diminutione. *Ad secundum absurdum respondeo:* Filius, qui est noster Mediator, Deum orare secundum humanam naturam: neq; tamen diuinam ab intercessione excludimus, ad quam hac pertinet, quatenus est æterna voluntas in Filio, vt Pater nos, propter ipsius sacrificium, in gratiam recipiat. Preces & subiectio ad humanam naturam pertinent, efficacia horum à diuina profluit, cum qua diuina natura in unam personam coniuncta

est. *Ad tertium absurdum respondeo*: Absurdum quidem est, ut pars offensa mediatrix sit, vbi una tantum persona est offensæ partis; at, vbi plures personæ sunt, non est inconveniens, vnam ex illis, communī decreto, se ad pacificationem & satisfactionem offerre, & legationem obire ad partem alteram, quæ offendit. Imò, homines Deo reconciliari non poterant, nisi pars offensa, *hoc est*, Deus ipse, reconciliationis principium fecisset, missò Filio ad genus humanum, qui Euangeliū proferret ē sinu Patris, fieret pro nobis victima, vocaret homines ad se, & donato Spiritu sancto, ipsos ad D E V M conuerteret.

82.

*Qui non per Mediatorem placatur, non est unus ille & verus Deus, quem sacra litera Patrem nominant.*

*Filius autem & Spiritus sanctus non placantur per Mediatorem.*

*Ergo non sunt unus ille Deus, qui est Pater.*

*Minorem probō: Erga quem Filius non est Mediator, is per Mediatorem non placatur.*

*Filius autem non est Mediator erga se, neq; erga Spiritum sanctum, sed erga solum Patronum, apud quem pro nobis intercedit.*

*Ergo solus Pater nobis placatur per Mediatorem, non autem Filius & Spiritus sanctus.*

Respondeo, posterioris argumenti neutrām propositionem necessariam esse: Primum enim, per Mediatorem non tantum is placatur,

erga

erga quem Filius Mediatoris officio fungitur; verum etiam hi, qui ei assentīuntur. Ideoque, cùm vha, & per omnia consentiens, sit voluntas Patris; Filij, & Spiritus sancti, Patre placatio, merito & satisfactione Mediatoris, non potest non etiam Filius & Spiritus sanctus placatus esse. Deinde, quod in Maiore, ut absurdum, negant, *Filium sui ipsius quoque Mediatorem esse*, non tam absurdum est, ut illis videatur. Filius enim Dei utrumque officium gerit, *& recipientis Dei, qua virtus Deus est cum Patre, & Mediatoris, propter quem recipimus in gratiam*, qua est D E V S in carne manifestatus. Quamuis autem receptio in gratiam communis sit Patri, Filio, & Spiritui sancto, dicitur tamen Mediator noster apud Patrem pro nobis intercedere, quia Pater omnium consiliorum & opérum diuinorum fons est, quo voiente, ut Filius satisfaceret pro peccatis hominum, &c, ut propter illam satisfactionem remittantur hominibus peccata, non potest non idem facere & velle Filius. Placatur igitur Filius, & remittit nobis peccata, recipit nos in gratiam, & dat nobis vitam æternam, propter suam ipsius satisfactionem; Pater autem & Spiritus sanctus propter Filij satisfactionem. Interim Filij, nos propter seipsum recipientis, voluntas, Patris respectu intercessio, vel mediatio dicitur, quod Patris voluntatem, ordine personæ & operationis diuinæ, sequatur voluntas Filij.

83.

*Is solus est unus, verus, natura Deus perfectus, qui cælum & terram per suum Verbum ac Spiritum perhibetur creasse, & conservare, Psal. 33:*

*At solus Pater Christi & omnium, cælum & terram per suum Verbum & Spiritum creauit, & conservauit, i. Corinth. 8.*

*Ergo solus Pater Christi est unus, verus, & perfectus natura Deus, & non aliis.*

Respondeo: Maior propositio vera est, sensu coniuncto (ut dicitur in Icholisi) hunc esse verum Deum, qui est creator cœli & terra, & hoc Verbo & Spiritu suo condidit, & conservat: non ut Verbum & Spiritum excludamus, sed cum Patre unum Deum agnoscamus. Similiter Minor Argumenti intelligenda est, ut non tribuatur Patri creatio, exclusio Filio & Spiritu sancto. Itaque ambæ propositiones, si intelligantur de essentia Dei seu ipsa diuinitate, verae sunt, *unum esse Deum, qui Verbo & Spiritu omnia creavit*, quia non alia est diuinitas, quam quæ est creatrix mundi, & in Patre, Filio, & Spiritu sancto subsistit & operatur: Eadem diuinitas Patris solius esse dicitur, quod Deitas Patris, quam Filio & Spiritui sancto communicat, sit una & sola, extra quam non potest esse Deus. Quod si haec ad personas distinctè referuntur, falsa sunt, *illam personam solam esse creatorem, & Deum verum, qua gignit Filium, & Spiritum sanctum producit*; quoniam scriptura Filio, qui non gignit, sed genitus

D. CVNRAD. SCHLVSSELB. 155  
nitus est, creationem mundi tribuit, & eum Iehoua esse docet.

84.

*Deus Israëlis unus tantum perhibetur esse Deus, Deut. 6.*

*At idem affirmatur Pater esse & creator Israëlis, Deuter. 31. Iehoua est Pater tuus, qui fecit te, &c.*

*Ergo ipse Pater est unus verus Deus.*

Respondeo ad Minorem: Nomen Patris hic non necessariò exponitur, per nomen Patris Domini nostri Iesu Christi, ut significet primam & distinctam personam Trinitatis. Nam eodem cap. Deuter. unus ille Iehoua Deus Israëlis nominatur creator Israëlis. Creatio attem non ad Patris solam personam, sed ad Filium quoq; & Spiritum sanctum refertur. Ita hic Patris nomen, cum Deo creationis & redemptionis gratia tribuatur, ab illo non excludendus est Filius Dei, qui est creator & redemptor Israëlis.

85.

*Non est alius Deus natura perfectus & unus, nisi is, qui promisit, se effusum Spiritum suum super semen Jacob, & super omnem carnem, Esa. 44. Ioël. 2.*

*At hic solus Deus Pater est, Joh. 15. Act. 2.*

*Ergo solus Deus Pater est unus perfectus natura Deus, non aliis, prater & extra eum.*

Respondeo: Concedo totum argumentum dextrè intellectum, ut scilicet à Divinitate excludatur, quicquid est extra Deum Patrem, extra

*illam essentiam Deitatis, que Patris est. Nos enim Filium à Patre non separamus, nec extra eum naturam seu essentiam Filium agnoscimus, aut alium Deum à Patre docemus. Deinde falsum est, quod soli Patri adscribant missionem Spiritus sancti. Nam & Filius mittit Spiritum sanctum, ut Ioh. 14. 16. 18. Quem ego mittam vobis a Patre, Luc. 24. Gal. 4. Missit Iesus Spiritum Filii sui, &c. Rom. 8. Spiritus sanctus vocatur spiritus Christi. Deinde de Spiritu sancto scribitur, ipsum distribuore dona sua eis, prout ipse velit, I. Corinth. 12. Quare perperam ad Patris personaliam, excluso Filio & Spiritu sancto, promissio & exhibitio donorum Spiritus transferatur.*

## 86.

*Is solus est unus verus Deus, quem Christus agnouit, & inuocauit, inuocandumq; docuit pro vero Deo.*

*At Christus solum Patrem agnouit, & inuocauit, inuocandumq; docuit, Matth. ii. Ioh. 17. Luc. 12. Matth. 4. 6.*

*Ergo solus Pater est unus verus Deus.*

Respondeo ad Minorem: Christum ut Mediato rem secundum humanam naturam Deum Patrem inuocasse, & nobis quoque hanc rationem inuocandi tradidisse, quia Patrem per Mediato rem, cuius gratia exaudimur, compellamus. Interea tamen Christus se hoc honore non spoliat, quo minus ipsum quoque cum Patre adoremus. Iohan. 5. ait: *Necque enim Pater iudi-*

*iudicat quenquam sed omnes iudicium dedit Filio, ut omnes honorent Filium, prout honorant Patrem. Iohan. 14. Creditis in Deum, etiam in me credite. Iohan. 14. Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*

## 87.

*Nullus est unus, verus, perfectus Deus, extra illum altissimum, cuius Filius unigenitus est Christus Jesus.*

*At solus Pater est is, cuius unigenitus Filius est Jesus Christus.*

*Ergo solus Pater est unus, verus, perfectus Deus, non alius praeter illum.*

Respondeo: Nego consequentiam, quia plus est in conclusione, &c. Ex hoc enim argumento sequitur, extra Patrem Domini nostri Jesum Christi nullum esse unum, verum, & perfectum Deum; id quod nos concedimus, qui Filium & Spiritum sanctum non doceamus, extra Patrem esse, sed vius eiusdemq; cum Patre essentiae, & unum Deum cum Patre.

## 88.

*De Deo secundum scripturas loquendum & docendum est, & soli expresso verbo Dei in hac parte standum.*

*Sed scriptura nusquam utuntur nominibus, Dei Trinitatis, Dei essentiae, Dei viuis, qui se in Patre, Filio, & Spiritu sancto patefecit, aut in tribus personis reuelavit. Item, vius*

Deus Trinitas, unus Deus in Trinitate, unus Deus Trinus: Tres personae in una essentia. Una essentia in tribus personis.

*Ergo hec omnia, tanquam humana inuenta, reicienda sunt.*

Respondeo: Maior distinguenda est; potest enim bifariam intelligi, videlicet, secundum scripturas loquendum & docendum esse de Deo, ut nihil deceatur, a sensu scripturarum dissentiens & alienum, & ita concedimus. Deinde potest etiam hac ratione exponi: Secundum scripturas ita docendum, ut nullo verbo itamur, quod non totidem syllabis compositum, in scripturis ostendi possit; hoc modo intelligunt Antitrinitarij, & falsa est Maior. Nam Ecclesia vititur multis vocabulis, quae his ipsis literis & syllabis non ita scripta reperiuntur in Biblijs. Sed, cum res ipsa, vocabulis significatae, ibidem continetur, nos in Ecclesia vtimur ea libertate, quam Deus concessit nobis in creatione, qua hominem Dominum, sicut rerum omniū, quae sunt in hoc mundo, ita etiam vocabulorum constituit. Et Satan aliud agit; sublatis enim vocabulis proprijs, res ipsas quoq; tollere & euertere conatur. Nec tam vocabula, quam res ipsas, ijs contentas, odit. Ad Minorem: Nomina, essentia, Trinitatis, persona seu subfistentia, Dei unus & Trini, quædam haberi in sacris literis, vt: nomen hypostaseos. Alia vocabula, et si non ijsdem syllabis habentur in Biblijs, tamen, quod ad rem attinet, reperiuntur. Sacrae literæ expresse do-

cent;

cent, esse Deum unum; eadem docent, Patrem Deum, Filium Deum, Spiritum sanctum Deum, &c; Patrem, Filium, & Spiritum sanctum tres esse, dicunt. An non hic Trinus & unus Deus doceatur? nisi forte velimus Filio & Spiritui sancto Deitatem adimere, aut tres Deos, subordinatos sibi inuicem, numerare. Si Pater, & Filius, & Spiritus sanctus tres sunt, an non haec est trinitas, seu Trinitas? Hæc autem Trinitas est Deus; neq; enim vel tres simul, vel unum aliquem ex hac sancta Triade creaturis ad numerare poterimus. Quod si Deus est Jehovah ille, qui E st, & suum nomen ab E ss e habet, certè recte dicitur nomen essentia de Deo, quod sit una simplicissima, æternaq; & immensa essentia. Reprehendendi etiam sunt aduersarij, quod illas voces, publico totius Ecclesiæ consensu receptas, & mox ab Apostolorum ætate usurpatas, repudiант, vt alienas a scriptura, & interim suas nouas locutiones, & peregrinas voces, quas ignorat verbum Dei, nobis obtrudere conantur, vt: quod dicunt: Deum essentiatorem, Deum essentiatum, d'vl'stov, Deus Apostolicus, solidus ille unus Deus & Pater, Deus Emphaticus & articulatus, Deus autor, & Deus executor, & habent alias huius generis complures phrases, quas hic commemorare non est necesse.

89.

*Nullum nomen abstractum significat substantiam.*

*Trinitas est nomen abstractum.*

N

Ergo, non significat substantiam, sed tantum uitatem, id est: similitudinem & consensum trium substancialium.

Respondeo: Nego Minorem, quæ falsa est. Nam cum dicimus, diuinam naturam, seu Deitatem, omnino substantiam intelligimus, cum in Deum non cadant accidentia, sed omnia sint substancialia. Itaque, nomine Trinitatis Ecclesia tres personas vere subsistentes intelligit.

90.

*Verus Deus tantum est Pater, Filius, & Spiritus sanctus.*

Sed Trinitas nullus horum est.

Ergo, Trinitas non est verus Deus.

Respondeo: Maior vel disiunctiù intelligitur de singulis personis, quod nullus sit verus, nisi quia aut Pater, aut Filius, aut Spiritus sanctus est, & hoc sensu falsa est, ac constat enumeratio ne imperfecta. Non tantum singulae personæ sunt verus & natura Deus, sed omnes simul sunt unus ille verus Deus, ex quo, per quem, & in quo sunt omnia. Vel intelligitur Maior sensu coniuncto, quod haec tres personæ sint unus ille verus Deus; atque tum Minor falsa est. Etsi enim Trinitas non est Pater tantum, aut Filius, vel Spiritus sanctus, tamen constitutæ tres personæ simul, non disiunctivè, nec confusè, sed copulatiè, & distinctè. Atque ita & ipsa Trinitas, omnes scilicet tres personæ simul, & etiam unaquælibet huius Trinitatis persona, est verus Deus.

*Hic*

91.

Hic est verus & viuus Deus, qui habet Filium, Dominum & Seruatore nostrum Jesum Christum, Matth. 16.

Trinitas non habet Filium.

Ergo, non est verus & viuus Deus.

Respondeo: Hic Maior, si sit vniuersalis, falsa est: nempe, Omnes, qui est verus Deus, habere Filium. Nam Christus est verus Deus, i. Ioan. 5. qui tamen non habet Filium. Si vero est particularis, nulla est consecratio, quia ex puris particularibus nihil sequitur.

92.

*Verus Deus est Trinitas.*

*Christus est Filius Dei veri.*

Ergo, *Christus est Filius Trinitatis.*

Sed hoc falso: Nam Trinitas non habet naturalem Filium, alioquin Christus suipius quoque Filius esset. Quare falso est, ex quo hoc sequitur, Trinitatem esse Deum.

Respondeo ad Maiorem: Veri Dei nomen absolute positum, & per se consideratum, complecti ipsam essentiam Deitatis, & eius tres personas; seu Deus, essentia unum, hypostatis trinum, iuxta illud Pauli, *Roman. 11.* vbi Deum quodammodo definit, ex quo, per quem, & in quo sunt omnia. Sed nomine Dei de singulis quoque personis praedicatur, secundum prius & posterius, ratione ordinis personarum; & hoc modo nomen

N<sup>o</sup> 2

*Dei* in Minore prædicatorum. Christus enim est Filius Dei, nempe *Dei Pater*, seu *Dei dignitatis*, à quo sunt omnia; non autem absolute *Dei*, ex quo, & per quem, & in quo omnia. Quare, cùm in propositione nomen *Dei* absolute ponatur, in assumptione vero personaliter (vbi scilicet nomen *Dei* opponitur Filio) apparet, nullam posse firmam conclusionem effici ex quatuor terminis. Neque tamen sequitur, plures à nobis Deos constitui; diversitas enim significationis non est positiva in essentia. Vnus enim simpliciter est Deus, vna Deitas, sed personarum numerus, & discrimen prædicationum differentiam efficit, qua personæ, quamvis inter se distinctæ sint, & suum *Essere* hypostaticum proprium singularia habeant, vnum tamen est *Essere* essentiæ trium personarum.

93.

*Deus ille unus est trinus.*

Sed essentia non est trina, & Pater non est trinus, neg. *Filius* trinus, aut *Spiritus sanctus*.

Ergo essentia, & Pater, Filius, & *Spiritus sanctus* non sunt vnu ille Deus, quem vos predicatis trinum.

Respondeo: Maior hoc sensu à nobis assertur, *Deum illum unum natura, essentia, Deitate, esse trinum personis*. Itaq; sic in duas vniuersales soluitur: *Omne, quod est Deus, hoc est, omnis persona, qua est Deus, est trina; vel trinus Deus, atque haec falsa est*. Deinde, *omnis essentia divina est trina*, id est, *tribus personis subsistens*; atque

tum

tum Minoris pars prior, essentiam non esse trinam, hoc est, quæ sit una quidem numero, sed tribus personis communis, seu reuersa, falsa est. Sed, quoad alteram partem assumptionis, eodem sensu concedimus, & eam, & quæ inde conficitur, conclusionem. Etsi enim Pater est verus Deus, æternus, omnipotens, immensus, non tamen est simpliciter Deus, quem Paulus definit illum esse, ex quo, & per quem, & in quo sunt omnia; sed Pater est Deus, dignens Filium, seu, Deus ex quo omnia. Similiter Filius est verus Deus æternus, omnipotens, immensus, sed tamen non simpliciter Deus, sed Deus genitus, per quem omnia. Eodem modo de Spiritu sancto dicendum est.

94.

*Vnus ille verus Deus, est Pater, dignens Filium, & Filius genitus à Patre, & Spiritus sanctus ab utroq; procedens.*

*Sed unu ille Deus essentia, non est Pater, neque Filius, neg. *Spiritus sanctus*.*

*Ergo vnu ille Deus essentia, non est unu ille & verus Deus, quem scriptura predicit.*

Minor probatur, quia essentia negat, neque generatur.

Respondeo: Minor est falsa, videlicet, illum verum *Deum*, quem vnum docent scripture, seu, illam essentiam æternam & immensam non esse Patrem, Filium, & *Spiritum sanctum*. Etsi enim personæ inter se distinguuntur suis proprietatis, non tamen ab essentia, distinctione reali,

N 3

differunt, vel extra illam sunt; sed Deus unus, seu essentia illa, nihil aliud est, quam Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Rationem afferunt: *Essentiam non generare, neg, generari;* sed ad personarum proprietatem pertinet, non ad ipsam essentiam generare & generari. Si enim ad Deum, qua Deus est, si, inquam, ad definitionem Dei pertinereret generare, Filius non esset verus Deus; aut, si essentiæ proprietas esset, generari, Pater non esset Deus. Quare, Pater est Deus, generans Filium, & Filius est Deus, non generans, sed genitus à Patre: Sed tamen Pater & Filius sunt unus naturæ, unius essentiæ & Deitatis; unus, inquam, Deus.

95.

*Is est verus Deus, qui se patefecit in Baptismo Christi.*

Sed in Baptismo Christi non se patefecit Deus unus essentia, sed unus Deus Pater de cœlo loquens; & Filius Dei unigenitus, baptizatus in Iordanè; & Spiritus sanctus, visus in specie columba.

*Ergo, unus Deus essentia, non est verus Deus.*

Respondeo: Assumptio est falsissima, qua affirmant, Deum, qui unus est essentia, non manifestatum esse in Baptismo Christi. Si extra personas Patris, Filii, & Spiritus sancti, poneretur hæc essentia, locum haberet Aduersariorum assertio. At, cum non extra personas ullam agnoscamus essentiam Deitatis, &, cum ipsas personas dicamus re ipsa non distinctas esse ab essen-

tia,

165  
tia, sed tantum ratione; certè in patefactione Patris, Filii, & Spiritus sancti patefactus est unus Deus essentia.

96.

*Is est verus Deus, in quem nos credere docet Symbolum Apostolicum.*

Sed illud non docet nos credere in Deum essentiam; sed in unum Deum Patrem, creatorem cœli & terra; & in unum Filium eius unigenitum, Dominum nostrum Iesum Christum, & in Spiritum sanctum.

*Ergo, Deus ille essentia, non est verus Deus.*

Respondeo: Nego Minorum, & quaro ab aduersariis. *Si in Baptismo Christi, & in Symbolo Apostolorum, patefactus est unus ille verus Deus, quando patefactus est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, an Pater solus sit ille verus Deus unus?* Si hoc iuxta suas hypotheses afferunt, admittunt Filio & Spiritui sancto Deitatem, vel plures Deos constituunt, si, scilicet, Pater sit altissimus Deus, sed Filius & Spiritus sanctus uterque quidem Deus, sed subordinati ambo, & à Patre dependentes. Quod si dixerint, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum esse unum verum Deum, explicet nobis modum unitatis, si essentia non sunt unus Deus. Neque enim poterunt alium modum indicare, quo non re ipsa plures Deos constituuntur, qui tamen vel Logica unitate, vel similitudine quadam unum sint.

N 4

97.

*Ad verum Deum habemus accessum per Christum Mediatorem.*

*Sed non habemus accessum per Mediatorem ad unum Deum essentiam, sed ad Deum Patrem.*

*Ergo essentia non est unus Deus, sed Pater.*

Respondeo: Nego minorem, quæ falsa est. Nam nos per Christum ita Deo reconciliamur, vt & Spiritui sancto, & sibi quoque nos Christus reconciliat, ideoque Mediator ad se nos etiam dicit.

98.

*Unus est Deus essentia,*

*Pater non est essentia.*

*Ergo Pater exclusus est isto uno Deo à Deitate.*

Maior ita resoluatur: *Vnam esse essentiam diuinam, extra quam non sit Deus; aut de personis dicitur: Tres personas esse unum Deum essentia. Itaque omnis, qui est verus Deus, necesse est, vt non sit extra hanc essentiam; & omnis persona, quæ est verus Deus, habet hanc essentiam, seu in ea subsistit, & cum alijs personis unum est essentia.*

Ex his apparet, Minorem esse falsam. Ita enim assumere oportebat: *Deus Pater non est essentia diuina, aut, non habet essentiam diuinam, aut, non est unus Deus essentia cum Filio & Spiritu sancto.* Quæ omnia, cùm falsa sint, consecutio quoque falsa est.

99.

*Unus Deus est in tribus personis,*

*Pater*

*Pater non est in tribus personis, neque Filius, aut Spiritus sanctus sunt in tribus personis;*

*Ergo, Pater, Filius & Spiritus sanctus non sunt unus ille Deus.*

Respondeo: Nego consequentiam; Maior loquitur de essentia; Minor verò de personis. Essentia Diuinitatis in tribus personis est, quæ in hac essentia subsistunt; Deus, qui unus est essentia ratione, trinus est personis. Quod si Minor ita resoluatur, vt de essentia loquatur, nempe, essentiam diuinam, quæ est Pater, seu, quæ est in Patre, non esse in tribus personis, falsa erit Minor.

100.

*Hic est verus Deus, qui est Deus viuus; Pater unigeniti sui Filii.*

*Sed Deus essentia, trinus, indefinitus, non est Deus viuus, neq; est Pater unigeniti Filii.*

*Ergo, non est verus Deus, sed gentium & Iudeorum Deus.*

Respondeo: Nego consequentiam; quia ex puris particularibus nihil sequitur. Quod si Maior sit uniuersalis: *Omnis, qui est verus Deus, est Pater Filii*, falsa est. Christus enim, qui non est Pater, sed Filius unigenitus, est Deus verus, i. Ioan. 5. Si autem Maior resoluatur de essentia, omnis, qui est verus Deus, non aliam habet essentiam & Deitatem, quam Deus ille viuus, unigeniti Filii. Pater: tum falsa est Minor. Nam non est alia essentia Dei, cui indefinitè Dei nomen tribuitur, & quæ in tribus personis subsistit, quam illa ipsa

essentia Dei viui, qui est Pater vnigeniti Filij: suam enim essentiam totam & integrum Pater æterna generatio ne Filio communicauit.

101.

*Dens, qui non habet Filium, neq; quicquam operatus est unquam, non differt à Deo Baal, Moloch, &c.*

*Sed Deus essentia trinus & unus, non habet Filium, neq; quicquam unquam dixit aut fecit.*

*Ergo, Deus essentia trinus & unus, non differt à Deo Baal, Moloch, &c. Moloch, idolum Animonitarum, 3. Reg. 11. Leuit. 18. Ier. 32. latine significat Regem.*

Respondeo: Nō solām falsa, sed etiam impia est Minor huius argumenti. Cūm enim Deum vnum essentia, non aliud esse doceamus, quām Patrem, Filium & Spiritum sanctum, qui sunt tres, ratione hypostaseōn, sed unus Deus, essentiæ, seu Deitatis ratione; qui negat, Deum vnum essentia, aut Deum trinum & vnum, quicquam dixisse aut fecisse, hic Deum Patrem cum Filio & Spiritu sancto, creatorē & gubernatorem mundi, Ecclesiæ authorem & redemptorem esse negat.

102.

*Duo, re & numero distincta, nunquam etiam in diuinis, vnum & idem, re & numero, dici & intelligi possunt.*

*Sed Pater & Filius rēverā duo sunt spiritus, re & numero distincti.*

*Ergo, Pater & Filius non sunt unus & idem re & numero Deus.*

Respon-

Respondeo: Minor huius argumenti falsa est, Patrem & Filium esse duos spiritus, re numeroq; distinctos: hinc enim manifeste sequeretur, esse duos Deos. Omnis enim Spiritus éternus, omnipotēs, immensus, quin Deus sit, negari non potest. Quod si duo vel tres sunt huiusmodi Spiritus, quomodo non duo, vel tres Dij erunt?

103.

*Si Pater, Filius & Spiritus sanctus sunt unus Deus, oportet quendam Deum, vel quandam diuinam essentiam, trinomiam, vel tripartitam, vel compositam, vel genericam, constitueret, in quam tres illi Spiritus, Pater, scilicet, & Filius & Spiritus sanctus, coinoederent, seu conuenirent aliquo modo ex predictis.*

*Sed nullus est verus Deus Trinomius, vel tripartitus, vel compositus, vel genericus.*

*Ergo, falsum est, & absurdum ex quo illud consequitur, Patrem, Filium & Spiritum sanctum esse vnum Deum.*

Respondeo: Dico, hypotheticam huius argumenti propositionem falsam habere consequiam, & enumerationem esse imperficiam: Si enim essentia constitueretur extra personas, & reipsā ab illis distincta esset, valerer Argumentum Aduersariorum. Sed nos nullam extra personas Patris, & Filij, & Spiritus sancti, essentiam diuinam agnoscimus.

Quia

104.

*Qui non admittunt, Patrem esse principium generationis Filio, & processionis Spiritui sancto, sed dicunt, esse a se ipse, quemadmodum & Pater est a seipso Deus, hi inducunt plura principia, & ex consequentia, plures Deos.*

*Sed, qui docent, Filium & Spiritum sanctum, esse unum illum Deum, qui author est omnium, non admittunt, Patrem esse principium Filij & Spiritus sancti; sed eos a seipso esse dicunt.*

*Ergo, qui docent, Filium & Spiritum sanctum, esse unum Deum, omnium authorem, inducunt plura principia, & plures Deos.*

Respondeo ad Maiorem; Plura principia inducuntur ab his, qui docent, tres personas a seipsis subsistentes, quarum unaquaque suam essentiam separaram habeat: hi enim negant, Patrem esse principium generationis Filio, & processionis Spiritui sancto. Vbi autem, salua distinctione personarum, earumque ordine, tribuitur Filio & Spiritui sancto essentia eadem cum Patre, a seipso subsistens, quae aeterna atque ineffabili generatione, & processione, illis fit communicata; hic non statuuntur plura principia. Sicut enim una essentia, siue, unus Deus sunt, Pater, Filius & Spiritus sanctus; ita etiam sunt unum rerum omnium principium, & unus creator. Cum personae conferuntur inter se, Pater quidem est principium generationis Filio, & ex utroque Spiritus sanctus procedit; at; cum de creatione, & rerum yniuersitate agitur (vbi proprie-

priè principij questio locum habet, cum & principium causa sit essentiarum extra se) non solus Pater statuitur principium, quoniam non solus Pater creauit mundum, sed omnia, quæ sunt facta & condita, per Abip illum aeternum facta sunt, & Spiritu oris eius facti sunt cœli. Itaque Pater, Filius & Spiritus sanctus, sunt unum principium omnium, qui, quamvis tres sint, personarum ratione, non tamen sunt tria principia; quoniam tres illæ personæ unus Deus sunt essentia, & una est essentialis operatio trium, indiuisa & inseparabilis, ideoque unum sunt principium.

105.

*Vnus ille Deus mundi creator, non est vna tantum persona in Deo, sed totus Deus, sine tota Divinitas.*

*Pater Christi est unius ille verus Deus Creator mundi:*

*Ergo, Pater non est una tantum persona in uno illo Deo.*

Respondeo: Est fallacia & equivocationis. Nam, in Maiore exclusiva bifariam resolutur. Primo; Deus, mundi creatorem, non esse unam personam, absque alii; quo sensu concedimus & propositionem, & totum argumentum. Pater enim est unus Deus creator, non tamen solitarius & singularis, sed cum Filio & Spiritu sancto. Ita Deus, creator mundi, non est una persona, vt Sabellius olim docuit. Deinde Maior, iuxta Aduersarium sententiam, explicatur; *Deum creatorem,*

*mundi non esse unam personam cum aliis existentem;* quo sensu falsa est. Nam, cum eadem essentia, quae Patris est, integra communicata sit Filio & Spiritui sancto, non minus est Deitatis in una persona, quam in duabus vel tribus, id eoque & tres personæ simul, & una quælibet earum seorsim, est verus Deus, creator mundi.

106.

*Deus est nomen essentialie, quod diuinam essentiam significat.*

*Christus est Filius Dei:*

*Ergo, est essentia diuina Filius, & non unius tantum persona in illa essentia.*

Respondeo ad Maiorem: Falsam esse, si universaliter ponatur: aliter autem non concludit. Dei nomen, simpliciter & absolute positum, essentiam diuinam significat, & tres personas complectitur; vt, cum dicitur, Matth. 4. *Domini num Deum tuum adorabis, & illi soli servies,* &c. Sed, cum nomini Dei personæ alicuius proprietas adiungitur, personaliter accipitur. Itaque, cum Deus dicitur manifestatus in carne, aut redemisse sanguine suo Ecclesiam, Filius intelligitur, qui solus carnem assumpit. Cum Spiritus sanctus dicitur *Spiritus Dei*, Pater & Filius ambo recte intelliguntur, quoniam utriusque Spiritus est. Cum Christus nominatur *Dei Filius*, Dei nomine *Pater* intelligitur, eius enim est filius habere Filium.

Dous

107.

*Deus est essentia una, Pater, Filius & Spiritus sanctus existens.*

*Christus est Dei Filius:*

*Ergo, Dei huius trini, ac proinde sui ipsius quoque Filius erit.*

Respondeo: Est fallacia æquiuocationis in voce *Dei*, quæ aliâs essentialiter, aliâs personaliter accipitur. In Maiore absolute & simpliciter accipitur: At, in Minore, vbi dicitur *Christus Filius Dei* esse, non simpliciter, respectu Dei, Filius dicitur, sed respectu Dei Patris, nomen *Dei* eo loco personaliter ponitur.

108.

*Deus est nomen essentie, qua est in tribus eadem.*

*Christus non est Filius essentie, qua in tribus est eadem.*

*Ergo, Christus non est Filius Dei.*

Respondeo: Sunt merè particulares propositiones; igitur nulla est conexio. Quod si Maior fiat universalis, falsa est. Nam modò diximus, nomine Dei non tantum essentialiter ponit de essentia communis, quæ eadem est in tribus personis, sed accipi etiam personaliter, de singulis personis, cum illi proprietas certæ personæ adiungitur.

109.

*Christus, respectu Patris, est Filius Dei.*

*Pater autem est nomen persona.*

*Ergo, Christus non Dei, sed persona Sophistica est Filius.*

Respondeo: Est plus in conclusione, &c. Nam, hoc tantum sequitur, respectu persona Christum dici filium Dei. Etsi autem Pater nomen est persona, tamen illa persona non est vana & sophistica, sed est verus, viuus & natura Deus.

II.

*Si Pater non est solus verus Deus, tum suis ipse Pater erit.*

*Sed non est suis ipse Pater:*

*Ergo, solus est verus Deus.*

Consequentia probatur. Pater genuit Filium; Filius autem est idem Deus, qui Pater. Ergo, Pater genuit seipsum, & idem est genitus atque ingenitus.

Respondeo: Est plus in conclusione, &c. Sequitur enim; Patrem genuisse eum, qui sit idem Deus cum ipso. At, ut sequeretur, Patrem genuisse seipsum, oportebat in Minore assumere, Patrem esse Filium, quod falsum est. Quamvis enim Filius idem sit Deus, qui Pater, non tamen Filius est Pater, neque Pater est Filius, quoniam differunt personæ incommunicabilibus proprietatis. Errant igitur Adversarij non obseruantes, personas & ab essentia formaliter distinguiri, & inter se re ipsa differre.

III.

*Si Filius est idem Deus, qui Pater est, est utiq; Pater, & idem est genitum atq; ingenitum.*

*Sed hoc non;*

*Ergo nec illud.*

Respondeo: Falsa est consequentia; Aliud enim

enim est, esse hypostaticum, quo Pater ingeniatus, & Filius est genitus: Et, aliud, Essere essentia, in qua abbas hypostases subsistunt, & sunt unus Deus.

IV.

*Sabellianum est, Vnum Deum facere Trinomium. Sed, qui docent, Filium & Spiritum sanctum esse eundem Deum, qui Pater, unum Deum Trinomium faciunt.*

*Ergo Sabelliani sunt, qui docent, Patrem, Filium & Spiritum sanctum esse unum Deum.*

Respondeo ad Maiorem: Sabellianum esse, ubi una persona tria nomina, tres respectus vel officia tributuntur: ita enim Filij generatio, & Spiritus sancti processio tollitur, & omnia, quæ de Filio scripta sunt, ad Patrem referuntur. Vnde veteres Sabellianismus, Iudaismus esse dixeré, quod, sicut Iudei unum Deum prædicant, qui de essentia & hypostasi unus sit, neque ullam personarum distinctionem agnoscunt; ita Sabelliani quoque unitatem Dei eodem modo prædicant.

V.

*Essentia divina est Pater.*

*Et eadem essentia divina est Filius, & Spiritus sanctus.*

*Ergo, Filius & Spiritus sanctus sunt Pater.*

Respondeo: Nego consequentiā: Nam, ut argumentū constet, oportet hanc constitui hypothesis, *Quicunq; est essentia divina, est Pater. Quæcumq; falsa sit, nihil concludit argumentum.*

O

114.

*Vnum commune, & tria distincta, sunt quatuor res distinctae.*

*In Deo est una communis essentia, & tres distinctae personae:*

*Ergo, sunt quatuor distinctae, neque amplius est Trinitas, sed Quaternitas.*

Respondeo ad Maiorem; & dico, *tum Quarternitatem constitui, ubi tria ex uno aliquo priore deriuantur, vel unum commune, re ipsa distinctum est, ab his tribus, in quibus est;* Sed nos personas, neque ab essentia, tanquam origine aut fonte quodam, deriuamus, neque ab ea, tanquam quidam re ipsa distinctum, separamus, sed docemus, singulas esse ipsam integrum essentiam, quoniam tota Deitas in singulis harum ex integro subsistit. Nam Pater est Deus verus, & Filius Deus verus, & Spiritus sanctus Deus verus; & Pater, Filius & Spiritus sanctus simul non aliud sunt, quam Deus verus.

115.

*Essentia aut concurrit ad conflandam Trinitatem, & ita fieri Quaternitas; essentia, Pater, Filius, & Spiritus sanctus: aut non concurrit, & ita erit Trinitas absque Deo, cum essentia iuxta vos sit Deus.*

Respondeo: *Essentiam concurrere ad Trinitatem, est ambiguum: vel enim intelligitur, eam concurrere ut partem vel membrum, & tu falsum est, essentiam ad Trinitatem concurrere. Nam cum nomine Trinitatis, ad personas tantum apud veteres*

veteres referatur, essentia, quae personas non distinguit, neque persona est, ad Trinitatem hoc modo non concurrit. Deinde dici potest, essentiam concurrere ad Trinitatem, non, ut parterit, sed potius quasi totum quoddam incorporeum, quoniam persona sine illa, & extra illam non sunt; Itaque falsum assumitur ab Aduersario, Trinitatem fore sine Deo, si essentia non, ut pars, concurrat, ad Trinitatem statuendam.

116.

*Si Pater & Filius candem habent essentiam, neesse est, ante eos praecoxiter essentiam hanc, è qua isti evoluntur, at, ita futurum, ut non hic Pater, ille Filius sit, sed ambo inter se fratres erunt. Quid, si hoc absurdum est, falsum est, eandem eos habere essentiam, ex quo alterum consequitur.*

Respondeo: Negamus consequi, essentiam priorem esse personis, ex eo, quod communis est essentia personarum. Si deriuarentur personae ex essentia, & ortum ex ea haberent, sequeretur hoc forte, quod dicunt. At, nos personas, ab aeterno in essentia diuina residentes, agnoscimus, inter quas, & essentiam, &c, si quedam est distinctio, non tamen aliud quid, vel abstractum aliquid, sunt ab essentia.

117.

*Si Patris & Filii eadem est numero essentia, quomodo, Filio incarnato, non & Patrem incarnari oportet?*

Respondeo: Est hæc quæstio vna ē difficultas, quomodo Filius potuerit incarnari. Pater & Spiritus sancto non incarnato, quorum tamen eadem est essentia. Sed, quia Scripturæ docent, *Filium & Spiritum sanctum esse unum Deum cum aeterno Pâtre,* & tamen solum Filium, non Patrem, aut Spiritum Sanctum assumisse humanam naturam, his reuenerenter credendum est, nec curiosè perscrutanda sunt illa, quæ captum nostrum superant, & à Deo nobis non sunt exposita. Non igitur ex unitate naturæ concluditur, *Patrem & Spiritum esse incarnatos*, qui à Filij persona reuerata distincti sunt: Sed hoc duntaxat sequitur, *illam essentiam, quæ Patris est, & Spiritus sancti, esse incarnatam*; quod nos fatemur; Sed id in Filij locutus persona factum est. Cum Deus incarnatus dicitur, nomen Dei non absolute ponitur, sed propter adiunctionem ad certam personam referatur. Quare non conficitur hinc, *Omnem personam, quæ est Deus, incarnatam esse.*

118.

*Contradicitoria non sunt simul vera.*

Sed, sunt contradicitoria, *Deum illum, qui Pater est, incarnatum esse, & non esse incarnatum:*

Ergo, non sunt verae neg. *Filius, qui est incarnatus, idem Deus est cum Patre & Spiritu sancto, qui non sunt incarnati.*

Respondeo: Hic in Minore nulla est contradictionis. Deus seu diuinitas, non in una eademque persona incarnata, & non incarnata, dicitur, sed in

in distinctis personis; in Filij persona carnem assumpsit, in Patris & Spiritus non assumpsit.

119.

*Quod de essentia aliqua dicitur, id etiam de omni dicitur, quod est illa essentia.*

Sed dicitur de essentia trium personarum, unitam esse natura humana.

Ergo, dicendum, tres personas, quæ sunt illa essentia, unitas esse carni.

Respondeo: Maior falsa est de immensa Dei essentia. De finitate quidem essentia, quæ non, nisi unius personæ est, nihil dici potest, quod non dicatur de omni, qui est illa essentia; sed, cum infinita Deitatis essentia communis sit pluribus personis, de ea, ratione personarum, dici potest, quod tantum de una persona vere dicitur, vt, *D e u s locutus est de cœlo in Baptismo Christi, & visus in specie columba;* quia Pater locutus est, non Filius, aut Spiritus sanctus; & columba spezie non Pater, aut Filius se patescit, sed Spiritus sanctus.

120.

*Quod de divina essentia dicitur, id ex aequo de omnibus personis dicitur. Cum enim Deus dicitur esse Creator & gubernator mundi, cum dicitur esse aeternus, omnipotens, &c. id tam de Filio & Spiritu sancto, quam de Patre dicitur.*

O 3

*Incarnatio autem de divina essentia dicitur.  
Ergo, etiam de omnibus personis dicitur.*

Respondeo: Maior vera est de his, quæ essentiæ, secundum se, conueniunt, ut: *creatio, aeternitas, omnipotencia, bonitas, & similia attributa*, quæ personis propter essentiam competit, & ideo ex æquo de singulis personis dicuntur. Sed in his, quæ essentiæ propter unam personam competit, Maior locum non habet; ea enim soli illi personæ conueniunt, cuius respectu de essentia dicuntur, ut: *incarnatio Filii, apparitio Spiritus sancti in specie columba, vox Patris sonans de cœlo*.

## 121.

*Opera Trinitatis externa, sunt individua; sicut enim una est natura: ita una quoque operatio.*

*Incarnatio est opus Trinitatis externum.*

*Ergo, individualiter est, commune tribus personis, ita, ut tres persona sint incarnatae.*

Respondeo: Primum ad Maiorem: Opera Trinitatis ad extra esse individua, saluis personarum proprietatibus. Filius mittitur, & Spiritus procedit, non Pater: Filius unigenitus, qui est in sinu Patris, ostendit voluntatem aeterni Patris; ita Filius incarnatur, non Pater. Deinde incarnatio bifariam consideratur: Primo, *opus ipsum incarnationis*, & de eo totum argumentum concedimus, esse hoc commune opus Trinitatis. Nam Pater, Filius & Spiritus sanctus simul creaverunt carnem illam, quam Filius asumpsit.

sumpsit. De Patre enim scribitur; *Virtus altissimi obumbrabit te: De Spiritu sancto, Spiritus sanctus superueniet in te: Et Quod in eâ genitum est, de Spiritu sancto est.* De Filiō autem; *Sapientiam sibi adificasse domum.* Secundum spectatur in incarnatione, effectus ipsius, seu terminatio, consideratur, & incarnatio hoc modo vni personæ propria est, ut alij non conueniat. Si vero terminatio tribus communis fit incarnatione, ut quisque sibi carnem assumperit, non alteri, aut, sibi simul & alteri, non effet una incarnatione & actio, sed triplex incarnatione, & tres actiones, & tria opera. At, ubi Filius sibi, Pater & Spiritus sanctus non sibi, sed Filio, carnem illum vniuerunt, unaactio à tribus distinctis personis orta, illis communis & individua est, quamvis ad unam tantum, ceu finem, referatur.

## 122.

*In interpretatione Scripturarum analogia fidei est retinenda.*

*Symbolum Apostolicum, quod est analogia nostra fidei, Patrem solum vocat creatorem.*

*Ergo creator cœli & terra Pater solum est, non Filius, neq; Spiritus sanctus.*

Respondeo: Nego Minorem, quia particula exclusiva in Symbolo Apostolico non est apposita. Et nota est Regula: *In operibus diminitatis ad extra nominata unam personam, reliquas non excludi,*

*seruatā personarum proprietate, & ordine agendi, quem Scriptura proponit.* Ac Patri in Symbolo creatio nominatim adscribitur; primū, quia fons est diuinitatis, & ordine prior est, idē etiam operationis initium recte ad ipsum, tanquam ad fontem, refertur, non, ut Filius & Spiritus sanctus excludantur; sed, ut à Patre initium operationis, quoad ordinem fieri ostendatur. Deinde, Pater dicitur Creator; non exclusiue, ad Filium aut Spiritum sanctum, sed ad creaturas, idolaque, quibus falso creationis opus à gentibus profanis attribuitur.

123.

*Scriptura Patrem vocat creatorem, ut Isa. 63.*

*Et unus Ichoua Pater noster tu es. Malach. 2.*  
*Nonne Pater noster unus est?*

*Ergo, solus Pater, sine Filio, creator est.*

Respondeo: Nomen Patris in Scriptura, aliquando respectu Filij vnigeniti usurpatum; aliquando respectu creaturarum, propter creationem, electionem, sustentationem, adoptionem & saluationem. Cum respectu Filij Dei hoc nomen ponitur, personaliter semper intelligendum est, pro Patre gignente Filium, qui nec Filius, nec Spiritus sanctus esse potest. Quo sensu haec dicta accipienda sunt: *Pater meus usque ad hoc tempus operatur, & ego operor. Pater glorifica Filium tuum, ut & Filius tuus te glorificet.* Cum vero Pater dicitur, ratione creationis, electionis, adoptionis, & salvationis,

uationis pro uno vero Deo accipitur, idque nonnunquam communiter, nonnunquam distincte. Ideo autem tunc nomen Patris omnibus personis tribui potest, quia non ratione generationis, sed ratione creationis, conservacionis, & redemptionis, quæ opera communia sunt, ita appellatur: Deuter. 32. *Nonne Ichoua ipse est Pater tuus, qui genuit te; ipse fecit te, & creavit te.* Iesaiæ 9. cap. distincte Filius Dei Pater aternitatis vocatur. In locis itaque, ab aduersario citatis, falso opus creationis ad solius Patris hypostasin restringitur, quia non personaliter, sed essentiāliter hoc nomen usurpatum est.

124.

*Argumentum Francisci Davidis.*

*Qui creator est cœli & terra, hic unus & solus esse dicitur. Ies. 44. Ego Ichoua, faciens omnia, cœlos extendo solus. Ies. 45. Ego feci terram; an non ego Ichoua, & non aliis est Deus, præter me solum: Job. 9. Qui extendit cœlos solus.*

*Filius Dei non est solus, quia de se inquit: Ego non sum solus, sed Pater meus mecum est.*

*Ergo, Filius Dei creator non est, sed solus Pater.*

Respondeo: Nego consequentiam, quia est fallacia æquiuocationis in particulis exclusiuis solus, quæ aliter in Maiore, aliter in Minore accipiuntur. Nam in Maiore excluduntur gentium commentitia numina, quibus prophani homines, præterito vero Deo, diuinos cultus attribuebant; non autem Filius & Spiritus san-

etius diuinitatis gradu deiiciuntur, ut impie aduersarij contendunt. Atq; id ex eo manifestum est, quod locum *ex Esaiæ 45. cap.* productum, *Apostolus Roman. 14.* simpliciter ad Christum transfert. In Minore vero relatio est, & comparatio Filij ad Patrem, cuius ut vna est diuinitas; ita vna quoque operatio in actionibus exprimitur. Significat enim Dei Filius, se in *Patre, Patrem* vero in se esse, quod fieri, nisi in unitate naturæ, aliter non potest.

125.

*Eiusdem Francisci Argumentum.*

*Act. 4.* dicitur: *Domine, tu es ille Deus, qui fecisti cælum & terram, mareq; & omnia, qua eis comprehenduntur.*

*Ergo, solus Pater, sine Filio, creator est omnium.*

Respondeo: Nego consequentiam, quia plus est in consequente, quam in antecedente fuit. Non disputatur; an Pater sit creator? sed hoc queritur: num ita Patri attribuatur creatio, ut Filius omnino ab ea excludatur? Ibi nos dicimus, *Filium cum Patre esse creatorem universem, Psal. 102. Colos. 1. & 1. Ioh. 5.*

126.

*Impium & sacrilegium est, tres fateri creatores.*

*Qui Patrem, Filium, & Spiritum sanctum creatorem affirmant, tres creatores docent.*

*Ergo, impij & sacrilegi sunt.*

Respondeo: Nego Minorem; quia, sicut vna est horum diuinitas æterna, ita vna eademque operatio & cultus, *Iohann. 8.* Quia Pater facit,

cit, hæc similiter & Filius facit, *Math. 28.* Quemadmodum igitur, cum & Patrem verum Deum, & Filium, & Spiritum sanctum dicimus, non tres Deos inculcamus, quia vna horum natura est. Ita, cum Patrem, Filium, & Spiritum sanctum creatorem esse contendimus, vnam & qualémque operationem attribuimus, non tres creatores Ecclesiæ Domini obtrudimus.

127.

*Argumentum Stephani Baylij.*

*Christus solum Patrem agnoscit & predicit, cre- atorem esse, Matth. 11. 19. Marc. 10. 13.*

*Ergo, non est alius, prater Patrem, visibilis mun- di creator.*

Respondeo: Nego antecedens; non enim in locis citatis addita est particula exclusiva. Deinde nos Patri creationem minimè detrahimus; sed id cupimus nobis probari, *Patrem, sine Filio, solum & unum creatorem esse.*

128.

*Nusquam se Christus creatorem cœli & terra vocat.*

*Ergo, solus Pater creator est, non Filius, neque Spiritus sanctus.*

Respondeo: Nego antecedens, quia Christus vocat se creatorem, *Esa. 43. Ego Jéhouna, sanctus vester, creator Israëlis, Rex vester. Servire me fecisti in peccatis tuis, & negotium mibi fecisti ini- quitatibus tuis.* Pater non seruit in assumptiona forma serui, sed Filius seipsum exinanivit, & ser- vius factus est, *Esa. 45. Ego feci terram, & hominem*

*Super eam creauit, mihi flectetur omne genu, & iurabit mihi omnis lingua. Hæc verba Paulus de Filio interpretatur, Phil. 2. Item dicitur Ioh. 5. Quocunq; Pater facit, hoc & Filius similiter facit. Atqui Pater creat, & conservat res recreatas. Ergo, & Filius similiter creat & conservat. Item, Pater meus usq; ad hoc tempus operatur, & ego operor. Imo, quoties Christus se Iacobam, Dei Filium, Patri aqualem, unigenitum vocat, toties creator me se & conservatorem vocat.*

129.

*Nona creatio tribuitur ubiq; Christo.*

Ergo, prima creationis autor non est. Sic dicitur, 2. Cor. 2. *Vetera præterierunt; ecce, noua facta sunt omnia.* Ephes. 2. *Conditi in Christo Iesu ad bona opera.* Ephes. 1. *In ipso habemus redemptionem per sanguinem ipsius.*

Respondeo per inuersionem: quia Filius Dei est restaurator eorum, quo lapsi primorum parentum corrupta fuerunt. Ergo nos rectè dicimus, eum esse creatorē cœli & terre. Nemo enim reparare ruinam hanc poterat, nisi qui huins adificij in prima creatione autor fuerat. Et, Deus, quoties se ab idolis gentium discernere vult, creationem & saluationem coniungit. Iesa. 45. Heb. 1. & Coloss. 1. & in alijs locis, etiam Filio prima creatio attribuitur. Est igitur argumentum hoc futile & ineptum.

130.

*Francisci Davidis.*

*Euangelista omnia Christi opera descripsérunt,*  
scitut

D. CUNRAD. SCHLVSSELB. 187

*sicut Lucas ait, Actor. 1. se scripsisse, quæ Iesus docere & facere cœperit.*

*Creationis autem nū quam meminerunt sed miracula tantum, qua in carne peracta sunt, annotarunt.*

*Ergo, Christus non est creator cœli & terre, sed opifex tantum, quo Dens in redimendo humano generi usus est.*

Respondeo: Euangelistæ descripsérunt opera Christi, in assumpta serui forma, seu natura humana; quia his propositum fuit, ostendere, Deum, iuxta promissiones Filium ynigenitum mundo exhibuisse in carne, qui humanum genus, per peccatum auersum, repararet & instauraret. Interim tamen meminerunt & vere ipsius diuinitatis, & creationis mundi, sicut ex 1. Iohannis cap. appetat.

131.

*Francisci Davidis.*

*Nonum Testamentum meminit tantum recreationis, sicut vetus prima creationis; Et quemadmodum hac per Patrem, ita illa per Filium peracta est: Iesa. 45. Ephes. 1. 2. Coloss. 1. 2. & 2. Ioh. 1.*

Respondeo: Antecedens est falsum. Nam & vetus Testamentum utriusque actionis seu operationis diuinæ meminit, & nihil aliud continet, quam declarationem promissionis diuinæ, in Paradiso factæ. Nonum etiam Testamentum nihil aliud habet, quam descriptionem restaurationis operis, quod à Deo conditum, per peccatum postea corruptum fuerat.

132.

*Nominauit Abraham nomen loci illius, Iehoua videbit, Genes. 22. cap.*

*Hic nomen Iehoua etiam alijs rebus tribuitur.*

*Ergo, non potest inde probari diminitas Christi.*

*Respondeo: Moyses non dicit, Aram vocari Jephonam, sed, in Jephona presentia testimoniūm altare erectum, & memoria consecratum esse.*

133.

*Exod. 17. Extruxit Moyses aram, vocauitq[ue] nōmen eius Iehoua vexillum meum, seu protectio mea.*

*Respondeo: Ara hæc non vocatur Jephona, sed significatur, aram in huius rei testimonium erectam esse, quod Iehoua vexillum & protectio Moysis esse voluit.*

134.

*Iudic. 6. Aedificauit ibi Gedeon aram Jephona, vocans eam, Iehoua pax mea.*

*Respondeo: Hic etiam Ara non appellatur Jephona; impium enim esset, Dei gloriam ad creaturam transferre; sed erigitur ara à Gedeone, in signum, quod Iehoua bonitatem erga se declarans, vitam conseruārit, cùm alijs de vita aeternā putasset, cōd quod Angelum Domini facie ad faciem vidisset.*

*Idem responderi potest ad locum Ezech. vlt. Et nomen urbis ab eo dñe, Deus illuc. Hierosolyma enim vocatur Jephona, nullam ob aliam causam, nisi ad testandum Dei præsentiam. Manet igitur hoc axioma verum contra Antitrinitarios;*

*quod*

D. CVNRAD. SCHLVSSELB. 189

*quod nomen Iehoua propriè & sine figura, nullirei, nisi uni vero Deo & eterno attribuitur in sacris literis.*

*Sed instant aduersarij: Attamen arca Testamenti, Rex gloriae & Iehoua vocatur. Respondeo: Constat in sacris literis, sèpè signis, rei significatè nomen, propter veritatem & analogiam imponi. Ita arca fœderis vocatur Jephona, non propriè, sed figuratè, seu sacramentaliter, ed quod arca, præsentia Dei in populo Israëlitico esset certissimum monumentum & indicium. Quod si aduersarij filium Dei hoc modo nomine Jephona appellant, figuratum & sacramentalē Deum constituent, more Arianorum.*

*Quod verò dicit Franciscus Danidis, nomen Jephona etiam Angelis & magistratus tribui; fallitur, quia Angelis creatis nusquam id nomen in veteri aut nouo Testamento tribuitur. Angelus enim Iehoua, qui visibili forma sanctis Patribus apparuit, Dei filius est, (vnde is, qui luctatur cum Iacob Deus exercitum in Hosea dicitur, cap. 12.) atque id inde etiam liquet, quod Angelus creatus nusquam se adorari patitur, Apocal. 19. Magistratus autem nullibi appellatur Jephona, sed homines in potestate constituti; interdum vocantur figuratè El Elohim & Adonai, cùm Pathah, nam cùm Camer, de Deo usurpatur.*

135.

*Non potest probari Trinitas personarum ex appellationibus pluralibus, quas sacra scriptura uni-*

Deo tribuit; quia sacra scriptura promisit, vel singulari, vel plurali numero utitur, vel de uno, vel de pluribus loquens, ut Christus Ioh. 3. de se ipso multitudinis numero utitur: Quod scimus, loquimur, &c. Item Paulus 1. Thess. 2. Item 2. Cor. 1. de se ipso plurali numero utitur.

Ergo, ex loco Gen. 1. Faciamus hominē ad imaginem, &c. non potest pluralitas personarū probari.

Respondeo: Nego, in locis citatis ex Iohanne & Paulo, plurali numero vñū dunitaxat comprehendendi. Nam Christus in sua concione Prophetas omnes & verè docentes de spirituali regeneratione, Nicodemo adhuc ignotā, complexitur, & ita communiter in omnium persona loquitur. Paulus verò Apostolus plurali numero visus, Timotheum, Syluanum, cæterosq; coöperarios, vt ex inscriptione Epistolarum appareret, sibi coniungit. Non igitur hæc dicta euertunt testimonium Moysis de Trinitate personarum. Cum enim hæc sit oratio ipsius Dei, consultantis de fabricando homine, certum est, tres personas vniuersitatem diuinitatis hac loquendi formâ denotari. Item, cum opus creationis in sacris literis distinetè, nunc Patri, nunc Filio, nunc Spiritui sancto tribuatur, non est dubium, hoc loco tres personas nominari.

136.

*Elohim tres personas diuinitatis denotat.*

*Filius Dei est Elohim.*

*Ergo, tres personæ simul sunt ipse Filius.*

Respondeo: Est fallacia syllogistica in argu-

mento; cum Maior indefinitè seu essentialiter; Minor vero personaliter accipiatur.

137.

*Nullus esse diciq; Dei Filius potest, qui non sit ex Spiritu sancto conceptus, & ex Maria virgine natus.*

*Sed hic est tantum homo Iesus Christus.*

*Ergo, nullus esse diciq; Filius Dei potest, præter hominem Iesum Christum.*

Respondeo: Concedo totum argumentum, secundum interpretationem Pauli; nempe, *Dei Filium natum esse ex Maria, seu ex semine Daniels, secundum carnem: sed declaratum hunc quoq; esse Filium Dei, seu Deum, super omnia in secula laudandum.* Sed id, quod magis sit perspicuum, sic accipe. In Christo Iesu duæ sunt naturæ, inseparabili & hypostatica vñione copulatae. Ut autem scriptura aristissimam hanc & indisolvibilem esse copulationem ostenderet, homineti etiam assumptum verè filium Dei vocat. Sed tamen, vt distinguatur caro assumpta, ab æterna & diuina ex Patre genita natura, illam à Spiritu sancto conceptam: hanc ex Patre genitam, distinctè docet. Hoc sensu quoq; nonnullum Filius hominis, nonnullum Filius Dei appellatur. Iam verò, si Filius Dei in Maiore intelligatur is, qui ab æterno ex Patre genitus, certo tempore, secundum hominem, è Spiritu sancto conceptus, & ex virgine natus est, nihil in ea absurdum erit. Sed, quia Antitrinitarij (vt in Minore sese explicant) humanam tantum Christi naturam, Filium

P

*Dei vocant, excluso Dei Filio, eterno, hoc sensu falsam esse Maiorem, asseueramus. Neque vero nobis repugnat Symbolum Apostolorum, quia hic primum nominatur, unigenitus Dei Filius. Deinde de carne assumpta dicitur, quod sit ex Spiritu sancto concepta, & ex Maria virgine nata.*

Obiiciunt etiam nobis illud Angeli: *Propterea etiam, quod nasceretur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Sed recte obseruatum est ab eruditis Theologis, duarum naturarum hic fieri mentionem. Vult enim Angelus docere, etiam hominera, qui nasceretur ex Maria virgine vocatum iri Filium Dei, quia scilicet hic non futurus sit homo tantum; sed etiam verus & aeternus Dei Filius, in unitate personae. Atque huius explicacionis veritatem arguit particula etiam: nec enim simpliciter dicit, quod nasceretur ex te, sed addit, etiam quod nasceretur ex te, vocabitur Filius Dei.

138.

*Christus dicit: Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Ielum, esse Christum.*

*Ergo, Pater est solus verus Deus, & non competit ea appellatio Filio.*

Respondeo: Duæ sunt partes huius dicti; in priore parte discernitur diuinitas mittens, à persona missa, & monstratur, quis sit verus Deus. Ibi sunt intelligendæ tres personæ; & particula exclusiva rejicit commentitia numina, & commentitias inuocationes & cultus. Altera pars dicit,

dicit, de officio personæ missæ, & discernit illam personam, à tota diuinitate mittente. Hæc igitur est Syntaxis: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum esse, Te, scilicet mittentem, & hunc Iesum, quem misisti, esse Messiam, Mediatorem, redemptorem & salvatorem, colligentem Ecclesiam.*

139.

*Tres sunt, qui in caelo testimonium perhibent, Pater, λόγος, & Spiritus; Et hi tres unum sunt.*

*Ergo, non recte dicitur unus Deus.*

Respondeo: In Epistola Iohannis dicitur, *Patrem, & λόγον, & Spiritum sanctum, esse unum,* quia comprehendit genere neutro, duo capita, doctrinam de essentia, & doctrinam de voluntate Dei. Tres personæ diuinitatis subsistunt in una essentia, & voluntas earum una est, & conformis cum voluntate, reuelata in verbo, & sonante in ministerio.

140.

*In Symbolo dicitur, Deus ex Deo, Lumen de Lumine.*

*Ergo, solus Pater est verus Deus.*

Respondeo: Symbolum Nicænum, particulam, *Deum de Deo, opponit figmento Arij,* qui dicebat, *λόγον εἶναι τὸν οὐλόν, id est, esse unum, creaturam, conditam ex nihilo.* Contraagitur assertio Synodus; *cum nasci ex substantia Patris, eumque, esse integrum & perfectam imaginem Patris, & splendorem paternæ gloriae.* Nec vero hac distinctione discerpitur essentia in plures personas, aut

essentia Filij separatur vel diuiditur ab essentia Patris; sicut *visceres* in specie humana, mole & dimensionibus suis separantur. Sed Symbolum nominat Filium quod *pro Patri*, & addit testimonium expressum, de vera diuinitate eius: per quem omnia facta sunt.

## ARGVMENTA ALIQVOT

Arij.

141.

*Deus non patitur, nec moritur.**Christus est passus & mortuus.**Ergo, non est Deus.*

Respondeo ad Maiorem: Concedo, diuinam naturam nec pati, nec mori: sed tamen propositio vera est in concreto, *Deus patitur, Deus vulneratur, Deus moritur*, de Christo Deo & homine, propter unionem hypostaticam duarum in ipso naturarum. Intelligenda est enim per communicationem Idiomatum Minor; *Christus mortuus est*, scilicet secundum naturam humanam. Hinc Petrus ait: *Christum passum esse carne*. Et Irenaeus p̄iè dixit: *Christum crucifixum & mortuum esse, requiescente Verbo, ut crucifigi & mori posset.*

142.

*Christus dicit: Pater maior est.**Ergo, Filius non est natura Deus.*

Respondeo: Nego consequiam, & ratio est, quia, quod in antecedente citatur dictum Christi, loquitur non de essentia, sed de officio

Filij;

Filiij; maior me, scilicet, miss⁹ ad hoc ministerium humiliationis. Dupliciter enim considerandus est Filius Dei; aliás, vt Deus, dator bonorum, cum Patre & Spiritu sancto; aliás, vt persona missa. Obedientia vero & missio, non tollunt æqualitatem essentiae,

143.

*Honorans est minor honorato.**Filius honorat Patrem.**Ergo, est minor Patre.*

Respondeo: Nego Maiorem; Honor, est nomen ordinis, & non tollit æqualitatem essentie. Propositio vera est: *Filius magis in tota aeternitate honorat Patrem, quam ulli Angeli aut homines, quia ipse perfectissime intelligit & agnoscit Patrem, & ideo perfectè eum diligit*. Sed inde non sequitur; *Ergo, Filius essentia est inferior Patre*. Essentia est eadem, sed differunt relationibus, proprietatis, & officio.

144.

*Natura creata non est eterna.**Filius est creatus.**Ergo, non est ab eterno, sed est ex aeternitate in mundo.*

Minorem probant Ariani, Proverb. 8. *Dens creauit me initium viarum suarum.*

Respondeo: Est fallacia figuræ dictioris. In Hebreo textu ita legitur: *Dominus posedit me initio viarum suarum*, id est, *operum, vel consiliorum*. Dicit se esse illam personam, per quam immediate profertur promissio, & quæ immedia-

tè ad Prophetas loquitur, & quæ adest immediatè verbo vocali, & per illud est efficax.

145.

*Christus in cruce clamat, Deus, Deus meus,  
quare me dereliquisti.*

*Ergò, non est natura Deus; quia natura divina  
non deservisset humanam, si esset natura Deus.*

Respondeo; Vt statum dictum est; *Distingue  
tempora, & conciliabis scripturas.* Alia dicta lo-  
quuntur de Christo regnante; alia de Christo  
humiliato & paciente. Hoc dictum loquitur de  
tempore humiliationis & obedientiae in morte.  
Et est querela ita tristis, vt nostra angusta pecto-  
ra non intelligant harum rerum magnitudinem.

146.

*Deus non potest exaltari.*

*Christus est exaltatus.*

*Ergò, non est natura Deus.*

Respondeo ad argumentum: Veteres re-  
spondebant; *Est exaltatus secundum naturam  
humanam, factus impossibilis, & immortalis.* Re-  
etiùs est, respondere ex diuersitate temporis.  
Dictum loquitur non de tempore humiliationis,  
sed glorificationis, videlicet, *Christum iam  
liberatum ex morte, & rursus ornatum eterna &  
ineffabilis gloria, esse exaltatum ad dexteram aeterni  
Patris, in regno, & in Sacerdotio.*

147.

*Subiectio ostendit in qualitatem.*

*Filius subiicit se Patri, i. Cor. 15.*

*Ergò, est inferius Patri.*

Respon-

D. CVNRAD. SCHLVSSELB. 197

Respondeo cum Cyrillo: Nego minorem,  
*Subiectio, seu obedientia non tollit aequalitatem ef-  
fentia, vel potentia.* Magis propria responsio est:  
*Paulus loquitur de officia, non de essentia.* Regnum  
Christi est æternum, sed modus differt in hac  
vita, & post hanc vitam. Modus in hac vita est  
propriè, *hanc personam missam esse ad colligandam  
Ecclesiam ministeria Euangelij, in quo immediate  
efficax est Filius Dei, qui est caput, omnia in omni-  
bus perficiens.* Sed modus regni in vita æterna,  
erit, non per ministerium Euangelij, quia tunc Deus  
immediate erit omnia in omnibus beatis, & agno-  
scendum beatum à facie in faciem. Tunc igitur &  
hæc persona, Christus, quæ est Deus & homo,  
vt persona missa, seu in quantum Rex & caput  
Ecclesiæ, erit sub Patre seu diuinitate mittente.  
Ostendet enim suam subiectionem & missio-  
nem à Patre, & tradet regnum Patri, id est, ad-  
ducet resuscitatum Ecclesiam ad Deum, seu in  
conspicuum Patris, vt diuinitas regnet immedi-  
atè, non in ministerio. Quia hoc agnoscit oportet,  
quod per Filium rursus ad Deum, tanquam  
ad caput adiuncti sumus: sicut ad Ephefios dicitur,  
*Deo placuit, omnia redigere in unum caput, in  
Christo.*

148.

*Facere, est creare.*

*Pater fecit Christum.*

*Ergo, & & est creatura.*

Minor probatur ex textu ad Heb. 3. *Deus fecit  
Christum creatorum summum.*

Respondeo: Est fallacia figurae dictionis, ficit, id est, libera voluntate ordinavit, seu constituit; id probo, quia loquitur de officio, non de essentia; Et docetur idem similibus exemplis, ut cum dicitur: *Eum, qui non nquit peccatum, Deus fecit pro nobis peccatum; ut nos fieremus iustitia Dei in ipso.* Dictum hoc loquitur manifeste de officio, nequaquam vero de essentia; quia essentia Filii non est peccatum; sed Deus constituit, vel ordinavit eum hostiam pro peccato.

149.

*Omniscientia & omnipotentia sunt proprietates, conuenientes Deo solo.*

*In Christo non est omniscientia & omnipotentia.*  
*Ergo, in Christo non est natura divina.*

Minor probatur; Matth. 10, dicitur; *Sedere ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis.* Item, Marc. 13, *De die illa, vel horae nemocit, neque Angeli in celo, neque Filius, nisi Pater,*

Respondeo: Multa dicta loquuntur de officio, non de essentia. *Sedere ad dexteram meam, non est meum vobis dare, scilicet in hoc officio, quo nunc fungor, missus ad hanc obedientiam, in docendo & patiendo.* *De illo die non Filius scit, scilicet, quaenam ad hoc officium docendi Euangeliū, in hac vita missus est.* Ad id officium pertinet assuerare, quod sit futurum iudicium, resuscitatis mortuis; sed diem & horam prædicere, ad hoc officium non pertinet.

Tres

150.

*Tres unus esse non possunt.*

*Pater, Filius & Spiritus sanctus sunt tres.*

*Ergo, unus esse non possunt.*

Respondeo: Naturæ creatæ hoc impossibile esse. Nunquam enim Iohannes, Petrus, Paulus, unus sunt homo; tria enim sunt individua, quæ unum quidem specie sunt, at unus non sunt essentia, sive substantia. Sed hæc non possunt ad diuina mysteria accommodari.

Sed, responderebimus etiam Dialeticè ad argumentum; Et dicimus, male hoc concluderes. Hoc enim infert; *Tria individua, non sunt, unum individuum.*, id quod concedimus, si tria individua tres personas diuinitatis intelligent. Vera enim est sententia; *Tres persona diuinitatis non sunt, una persona.* At hinc non sequitur, *Tres personas non esse unum Deum;* quia id verbum, Dei docet, &c,

151.

*Tota Scriptura dicit, unum esse Deum.*

Respondeo: Dicta absolute de unitate Dei, nihil detrahunt personis, quæ sunt ille ipse unicus & solus Deus, Nam, Pater appellatur Deus, & Filius dicitur Deus, & Spiritus sanctus nominatur Deus, & tamen non sunt tres Dii, sed unicus duntaxat est Deus.

152.

*In Decalogo unus Dei similitio.*

Respondeo: Et ille ipse unicus & æternus Deus,

est Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus  
sanctus, ut verba Baptisimi habent, & vetus ac no-  
uum Testamentum declarant, & Ecclesia Christi  
tota omnibus temporibus constitetur.

153.

*Pater dicitur unicus ille Deus.*

Respondeo: vox illa Pater, ubi sola sine respe-  
ctu Filii vniogeniti, ponitur, est commune nomine,  
tribus personis Diuinitatis conueniens, & re-  
spectu nostri intelligitur. Cum vero personam  
denorat, relatiuè, respectu vniogeniti Filii, accipi-  
tur. *Ioan. 17. Matth. 18.*

154.

*Est caput Christi.* 1. Cor. ii.

Respondeo: Haec vox Filio Dei non eripit  
Diuinitatem, & coessentialitatem eternam cum  
Patre. Paulus enim loquitur de ordine. Est au-  
tem fidei articulus, *Filiu ab aeterno esse gen-  
tium.*

155.

*Illa prophana nomina, Trinitatis, quoslibet per-  
sonarum, aut essentia, non fuerunt auditæ ante Christi  
aduentum, & tempore Apostolorum.*

Respondeo: Res vero sunt auditæ, nempe,  
esse Patrem, esse Filiu Dei vniogenitum, esse Spi-  
ritum sanctum à Patre & Filio procedentem. Item;  
esse tres, 1. Ioan. 5. Item, ad Hebr. 1. fit mentio vocis  
πατέρων. Item 2. Cor. 4. habetur vocabulum  
πεσόντων, sive persona, ubi Paulus ait: πεσόντων  
Ιησοῦ Christi, &c.

Ante

156.

*Ante Christi Aduentum, & tempore Apo-  
stolorum, nulla unquam facta est mentio de Deo  
illo trino.*

Respondeo: Falsissimum est hoc. Nam Patris  
& Filij, Propheta David, *Psalm. 2.* & Spiritus  
sancti, 51. *Psalm.* mentionem facit. Et Christus,  
disertis verbis, baptizare Apostolos iubet, *in-*  
*nomine Patris, Filii & Spiritus sancti.* Sic ad Ior-  
danem illi ipsi tres apparet, nempe, *Pater, Fi-  
lius, & Spiritus sanctus.* Et Apostoli eundem  
hunc Patrem, eundem hunc Filiu, eundem  
hunc Spiritum sanctum, docent & profiteruntur.  
*Rom. 1. & alibi.*

157.

*Scriptura nullibi Deum Trinum adorandum,  
manifestissime præcipit.*

Respondeo: Falsum est, quia in verbis Bapti-  
smi manifestè mentio fit, *Patris, Filii & Spiritus  
sancti, & additur, in nomine horum baptizandum  
esse.* Vnum nomen audis, & tamen tres subii-  
ciuntur.

158.

*Nullibi nominatur una essentia, sed unus Deus.*

Respondeo: Annon, quia Deus unus est, idèò  
& unica essentia est? Quid igitur aliud est, si dicas;  
*Vnus Deus est, quam unica est essentia Dei?*

159.

*Non est svm, sed E R O.*

Respondeo: Falsum est hoc, quia scriptum  
est; *Ego sum Deus omnipotens.* Et ille ipse textus

Moysis nō solum à veteribus, sed etiam à recentibus interpretibus, redditus est p̄s vñm. Nam, notissima est phrasis Hebrææ linguae, vbi futurum pro præsenti usurpatur.

160.

*Christus vocat Deum unum, non trinum.*

Respondeo: Christus docet vnum Deum; & tres etiam personas perspicue explicat, in Baptismi institutione, & alibi.

161.

*Tres res, & una res, sunt quatuor.*

*Sed persona statuuntur tres, & una essentia;*

*Ergo, quaternitas statuitur.*

Respondeo: Est fallacia compositionis & divisionis. Nam essentia vnius Dei, non est extra illam Trinitatem, sed ille Pater, Filius & Spiritus sanctus, *hoc est*, illæ tres personæ, sunt tantum vnius Deus, & unica Dei essentia. Non igitur essentia Dei est quiddam peculiare, præter Patrem, Filium & Spiritum sanctum: Sed est ille ipse Pater, Filius & Spiritus sanctus, &c.

162.

*In Concilio Nicano primum induitus est Deus coessentialis.*

Respondeo: Falsum est hoc; quia Christus dicit: *Ego & Pater vnum sumus*, Ioan. 10. Vnum autem esse Patrem & Filium, quid aliud est, quam coessentialē esse? Præterea, *est unigenitus Dei Filius*, Ioan. 1. Ergo, & coessentialis. Nicænum igitur Concilium non gignit nouam doctrinam de filio Dei; sed veterem repetit, & profiteretur

fitetur. Et restatur Eusebius, hanc vocem etiam verustiores Ecclesiæ scriptores usurpare. Theo. lib. i. cap. 8.

163.

*Scio nomen in eâ significatione nullibi extat.*

Respondeo: Christus ait: *Ego & Pater vnum sumus*. Esse autem vnum, an non *scio* av designat? Deus etiam vocatur *et in Exod. 3.* Inde est *scio*.

164.

*Ante Christi aduentum, & tempore apostolorum, nunquam facta est mentio de aliquo aeterno Filio.*

Respondeo: Falsum est hoc; Nam Psalm. 2. diserte inquit Pater, *Filius meus es tu, &c.* Item, Pater de cœlis clamat; *Hic est Filius meus, &c.* Item, Ioannes ait, *eum esse unigenitum Filium Dei.* Item, Christus ipse ait: *Pater, clarifica me, apud te ipsum, eâ claritate, quam habui, priusquam mundus fieret, apud te: Ergo, Filius fuit ante creationem mundi.*

165.

*Nusquam Christus promittitur, nisi semen mulieris, Gen. 3.*

Respondeo: Falsum hoc est. Nam Ier. 23. dicitur, *Suscitabo David gerumen iustum.* Item; *Hoc est nomen eius, quod vocabunt eum Iehoua Iustitia nostra;* hoc est, cognoscetur & predicabitur Iehoua verus Deus. Esaias & Gabriel vocant eum *Immanuel*, Esaiæ 7. Matth. 1.

166.

*Si caro Iustus de carne Christi, non est aeternus Filius Dei, qui carnem non habeat.*

*Sed, sumus caro de carne Christi:*

*Ergo, non est alius Christus, qui carnem non habeat.*

Respondeo: Maior falsa est, & nulla est cohaerentia. Nam & sumus Christo insiti fide, & tamen diuina eius natura est ab aeterno. Item, eadem natura praeditus est, quam nos, absque tamen peccato. Sed insuper natura diuina praeditus est, quam nos non habemus. Est enim ipse solus unigenitus Dei Filius, ex Patris substantia genitus, *Ioan. i.*

167.

*Nullus esse dici potest Filius Dei, qui non sit ex semine Dauidis ortus:*

*Aeternus ille Christus non est ex semine Dauidis ortus:*

*Ergo, non potest esse dici Filius Dei.*

Respondeo: Maior falsa est, impia & blasphemata. Ratio haec est, quia unigenitus Dei Filius, ante Baptizam, *Ioan. i.* ante Abraham, *Ioan. 8.* ante hunc mundum fuit, immo, omnia per ipsum facta sunt. *Ioan. i.* Item Ioannes eum vocat, *Vnigenitum Dei Filium.* Sed, esse unigenitum Dei Filium, non est idem, quod ex semine Dauidis ortum esse. Constat autem, *Vnigenitum*, dici, non, quia ex Maria, vel ex Dauidis semine ortus est, sed, quia ex substantia Patris ab aeterno natus est.

Prin-

168.

Principium, non significat tempus ante conditum mundum, sed tempus Euangelij, quo Christuscepit illud prædicare. Ratio est, quia vox æxj alibi etiam sic ponitur, ut Marcus ait cap. i. Initium Euangelij, &c. Christus dicit Ioannis 15. Initio mecum fuistis, *Actorum i.* Qui à principio spectatores fuere.

Respondeo: Argumentum procedit à particuliari: *Alicubi, Initium, appellatur tempus Euangelij, propter adiectam particulam.* Ergo hic, & in *Moyse Gen. i.* quem Ioannes hoc loco imitatus est, etiam significat tempus recens Euangelii. Quod autem Ioannes de exordio mundi loquatur, inde patet, quod ait, per λόγον omnia condita esse. Sic in sua Epist. c. i. inquit; quod fuit ab initio, &c.

169.

*Inaudita Prophetis, Christo & Apostolis, assertare, impium est.*

*Sed esse unicum Deum, & tamen esse tres personas, est inauditum Prophetis, Christo & Apostolis.*

*Ergo, hac doctrina est impia.*

Respondeo: Minor est falsa. Nam, vtrumque sacra Scriptura docet; unicum esse Deum, Deuteronom. 6. & alibi; & tres esse personas, Patrem, Filium & Spiritum sanctum. Matth. 28. & Ioannes ait, i. epist. cap. 5. *Tres sunt in celo, qui testimonium perhibent, Pater, λόγος & Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt.*

170.

*Christus non ita loquitur, quia tantum invocat*

**D**EVM Patrem, & nos etiam iubet Patrem intueri  
care.

...Ergo, *Vnicus est Deus Pater.*

Respondeo: Christus disertè docet, *vnum esse Deum,* *Matth. 4.22.12.* Deinde etiam perspicuè docet de tribus personis, *Patre, Filio, & Spiritu sancto,* *Matth. 28. Ioan. 14. 15. & aliis in locis:* Ergo, verum & vnicum Deum non vocat, aut docet alium, quām qui est Pater, Filius & Spiritus sanctus, in cuius nomine omnes sunt baptizandi. Quod verò Patrem interdum solum vocat **D**EVM, non est exclusiva oratio, quasi Pater solus sit Deus, excluso Filio & Spiritu sancto. *Nā & λόγος est Deus, Ioan. i. Et Christus est Dominus & Deus.* *Ioan. 20.*

171.

*In verbis Baptismi Christus non ait: Baptizate in Deum, cuius vna est essentia & tres personæ:*

...Ergo, non est Deus talis.

Respondeo: Ille ipse **D**EVS, quem Christus ibi distinctis personis nominat, hunc Ecclesia dicit, *esse vnum Deum, seu, unam essentiam, qua quidem essentia sit Pater, Filius & Spiritus sanctus.* Probent igitur Ariani isti noui, locutionem hanc Ecclesiae, à rebus & à doctrina Christi dissentire, quia hoc est *κειρόπειρον.* Nam verborum variatio, non semper mutat rem ipsam.

172.

*Philippus non cupiebat nosse essentiam, vel trinū Deum, sed Deum Patrem.*

Ergo,

*Ergo, Filius & Spiritus sanctus, non sunt vnicus Deus, cum Pater sed Pater est vnicus & verus Deus duntaxat.*

Respondeo: Nego Antecedens, quia Philippus non somnium Patris, sed verum & existentem Patrem Christi, oculis carnalibus intueri cupiebat: Ergo, essentiam Patris cernere desiderabat. Porro, si non existit, si non est essentia Pater cœlestis; Ergo, nihil est. Deinde, non volebat Philippus alium Deum videre, quām eum, quem postea Christus in verbis Baptismi nominat, nempe, qui est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, licet tantum Patrem exceptabat sibi monstrari. Atqui, *Pater, Filius & Spiritus sanctus sunt tres, etiam istorum Arianorum confessione: Ergo illum Deum volebat intueri Philippus, qui est Trinus in personis;* sicut tres distinctas & viuas res Christus sèpè nominat.

173.

*In Symbolo dicitur, Credo in D E V M Patrem & in I E S V M C H R I S T V M, & in Spiritum sanctum.*

*Ergo, Pater est vnicus Deus, non Filius, non Spiritus sanctus. Nam, vocabulum D E V S tantum Patri attribuitur.*

Respondeo: Nomen **D**EI in Symbolo Apostolico, collectiue, more sacræ Scripturæ, accipitur. Deinde subiicitur euolutio seu enumeratio specierum, quod Ecclesia non solum in Deum Patrem credit, sed etiam in Deum Filium, & in Deum Spiritum sanctum.

Q.

*Qui non genuit, nec genitus est, nec procedit, non est verus Deus.*

*Sed unus Deus in essentiâ, nec genuit, nec genitus est, nec procedit.*

*Ergo, ille unus Deus in essentiâ, non est verus Deus.*

Minorem probant Antitrinitarij, quia Sætentiarij dicunt; *essentiam non generare.*

Respondeo: Nego Minorem, quia est mera calumnia. Nam, ita unitas essentiæ afferitur, ut non separetur neque excludatur personarum distinctio. Nam, illa unitas non est alius Deus, non aliud quiddam, quam Pater, Filius & Spiritus sanctus. Extra has tres personas, nulla unitas essentiæ imaginanda est; & extra hanc unitatem, nullæ tres personæ Diuinitatis imaginandæ sunt. Causa eius rei est, quod utrumque in verbo Dei sunt manifesta, nempe, quod unicus Deus existat, & quod nihilominus sint tres, Pater, nimirum, Filius, & Spiritus sanctus.

Indistinctus est Deus, si unitas spectetur: distincti sunt, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, si personæ considerentur. Probatio Minoris non ex verbo Dei, sed ex Sententiariis accepta est. Cum autem hoc sit mysterium quoddam, ideo variant sententiae. Nam aliqui vocem *Essentia* absolutè, hoc est, pro natura, seu diuinitate, aliqui relatiuè accipiunt, quando personæ considerantur. Certum autem est ex verbo Dei,

*Patrem*

*Patrem genuisse Filium, & Filium esse genitum, & Spiritum sanctum à Patre & Filio procedere.* Quomodo autem id fiat, ratio non potest capere; eamque ob causam ea in parte sententiae non concurrunt. Quando autem pij dicunt, *Essentiam generare*, respiciunt personarum distinctionem. Nam hoc argumentum planum est: *Filius Dei est genitus, Filius Dei est Essentia, est res viva, non est somnium, aut phantasma.* Item, est Deus. Ita duæ propositiones ex verbo Dei sunt manifestæ: *Ergo, Essentia etiam generat.* Quando autem alij dicunt, *Essentiam non generare*, respiciunt communionem, & unitatem Deitatis, seu naturæ, neque tamen negant, Patrem Filium generasse, Filium esse genitum, & Spiritum sanctum procedere ab utroque, & hosce tres viuis esse naturæ diuinæ, seu unicum esse, & verum Deum. Utra autem sententia Scholasticorum, in hac disputatione, an *Essentia generet*, sit planior, & minus reprehensioni obnoxia, candidi lectores iudicent.

*Qui non genuit, nec genitus est, non est Pater Christi, nec Filius Patris, nec Mediator.*

*Sed unus Deus in essentia non genuit, nec genitus est.*

*Ergo, ille unus Deus in essentia non est Pater Christi, nec Filius Patris, nec Mediator.*

Minor probatur fundamento Scholastico-rum; *Essentiam non generare.*

Respondeo: In Minore est mera calumnia, quia nō asseritur talis unitas, seu talis unus Deus, qui sit alius, quam Pater, Filius & Spiritus sanctus: sed profitemur, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, esse unicum & verum Deum, qui se certo verbo & patefactionibus declarauit, nec esse alium. Ioan. 10. Christus ait; *Ego & Pater unum sumus.* Ait, *se unum esse cum Patre, verum, non exclusa Patris & Filii distinctione.* Et perspicue Ioannes ait: *Hic unus sunt.* Tres audis esse, & tamen hi tres unus sunt; Non est unitas absque tribus, & non sunt tres absque unitate.

176.

*Qui unum essentiam, trinam personis, profitentur Deum, nullum Deum profitentur.*

Sed vos hoc facitis:

*Ergo, nullum Deum profitemini.*

Ratio Maioris est; *quia unum fungitis Deum, qui non sit tres, & tres, qui non sunt illa unica essentia.*

Respondeo: Maior nullam habet connexionem firmam, immo mendacium est. Nam sacra literæ docent, *unum esse Deum, & tamen esse tres, Patrem, Filium & Spiritum sanctum;* idèò, iuxta verbum Dei, verum Deum docemus, inuocamus, & profitemur.

*Quos*

177.

*Quos Scriptura non appellat Deos, non sunt appellandi Dii.*

*Istos tres, Patrem nempe, Filium, & Spiritum sanctum, Scriptura nonquam appellat tres Deos.*  
*Ergo, hi tres non sunt unus Deus.*

Respondeo: Plus est in conclusione, quam fuit in præmissis. Hoc sequitur: *Ergo non sunt tres Dii; idque verum est.* Atqui, illos tres non esse unicum illum, & verum Deum, ex præmissis non sequitur. Nam sacra Scriptura cuilibet personæ attribuit istud genus, *quod sit Deus;* non tamen, *esse Deos tres,* docet, sed unicum duntaxat Deum, qui est Pater, Filius & Spiritus sanctus.

178.

*Vbi non est doctrina, quod unus sit Deus Pater, qui per Filium à peccatis nos redemit; ibi non est doctrina de misericordia & iustitia Dei. Sed, qui docent, Deum unum essentia esse, non habent hanc veram de Deo doctrinam.*

*Ergo, & hi de misericordia & iustitia Dei non possunt docere.*

Minorem probant; *quia necessitatur, an ista essentia sit Pater, vel Mater.*

Respondeo: Minor est tetra & Diabolica calumnia, quia non docemus essentiam Dei, si vox essentiae absolutè accipiatur, pro natura, seu Divinitate, in qua non sit Trinitas, seu tres distinctæ personæ: Vel, vt loquitur Scriptura,

Q 3

*Docemus, unicum esse Deum, qui sit Pater, Filius & Spiritus sanctus, & non alius. Itaque, unus ille Deus, quem vetus ac nouum Testamentum, omnesque Orthodoxi docent & profitentur, est ille ipse Pater, qui genuit Filium, & est Filius, qui genitus est a Patre, & Spiritus sanctus, qui a Patre & Filio procedit.*

179.

*Si Deus unus essentia non genuit, vana est redemptio, fides, innocatio.*

*Sed vos Deum unum essentia dicitis non genuisse:*

*Ergo, non est redemptio, fides, innocatio.*

Respondeo: Maior non est firma. Nam, dicere de essentia, non tollit Trinitatem personarum. Per calumniam igitur hanc locutionem cauillantur Antitrinitarij. Quando enim dicitur, *Vna est essentia, unus Deus*, non sit exclusio personarum ab hac unitate seu Deitate. Nam, tali modo est unus Deus, ut tamen sit Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Item; etsi sit unus tantum Deus, tamen personae non sunt confusa. *Ad Minorem;* Naturam diuinam, seu Deitatem, dicimus esse unam, communem illis tribus, Patri, Filio & Spiritui sancto. Sed tres illi ita distinguuntur, ut sit Pater, sit Filius, sit Spiritus sanctus, qui tres sunt res existentes, nec sunt confundendae. Pater non est Filius, neque Filius Pater, neque Spiritus sanctus vel Pater,

vel

vel Filius. Nam verbum Dei inquit, *esse tres, nihilominus illi tres, non sunt plures Dij, sed sunt unus & verus Deus, contra omnem Arithmeticam & ratiocinationem omnium hominum.*

180.

*Qui docet, unum esse Deum essentia, & trinum in personis, conatur unum & verum Deum Patrem cum unigenito eius Filio abolere.*

*Sed, vos hoc facitis.*

*Ergo, tantum nefas committitis.*

Respondeo: Maior falsa est, & nullam habet connexionem, & nascitur ex illa Scholasticorum opinione: *Essentiam non generare.* Sed visque ad nauseam hoc inculcandum est. Quando Ecclesia Christi unitatem profitetur, non excludit tres personas; quando Trinitatem docet, non excludit Unitatem. Verum aduersarij essentiam a tribus personis malitiosè diuellunt, & tantum hanc partem arripiunt, *Vna est essentia diuina, quæ tamen conuenit cum hac oratione, Unus est Deus.* Alterum vero, quod additur in Ecclesia Orthodoxa, *Tres esse, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, & hosce tres esse unum*, vt inquit Iohannes, seu, *Vnum Deum*, id isti præstigiatores omitunt.

181.

*Qui quatuor constituunt personas diuinitatis, impie faciunt.*

*Sed, qui unicum dicunt esse Deum, & tamen tres personas, quatuor faciunt personas.*

Q 4

Ergo, quatenusitatem afferitis.

Respondeb; Minor est falsissima. Nam verbum Dei docet, *unicum esse Deum*, & hos tres, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, esse *unicum illum Deum*. i. Ioan. 5. Itaque non sunt quatuor personæ, sed tres tantum personæ, que tres personæ, sunt *vnicus & verus Deus*.

182.

*Sabellius ita docuit genitorem, genitum, & præcedentem, esse Trinomium.*

Ergo, vos estis heretici.

Respondeo; Non dicimus nominetenus tantum esse tres, ut Sabellius insaniebat; sed, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, esse tres res existentes, non spectra quædam, non diuersum habitum, gestus, aut repræsentationem vnius duntaxat personæ, sed tamē istas tres res esse *vnum Deum, non plures*, idque iuxta Dei verbum.

183.

*Patres, qui statim post Apostolos vixerunt, docuerunt, Vnum Deum esse Patrem, non dicuerunt, Filium, & Spiritum sanctum cum Patre esse *vnicum illum Deum*, aut Trinum esse Vnum, &c.*

Ergo, vos erratis.

Respondeo; Nego Antecedens; quia Patres solidè ex verbo Dei, ynanimi consensu, aduersus Arium, Sabellium, & alios hereticos, nobiscum veram hanc doctrinam propugnârunt, ut ipsorum testimonia probant, quæ Vigandus, Simlerus, & alij citârunt, in publicis librís.

Vbicunq;

184.

*Ubi*cung, sunt varia locutiones de eadem re, ibi est error.

*Vestra locutiones de Deo variant.*

Ergo, erratis de Deo.

Minorem probant; quia dicitis (aiunt) *Vnum esse Deum essentia, & Trinum personis*. Item: *In Deo esse distinctas personas*. Item, aliud aliter vocabula *Essentia & Substantia* interpretatur.

Respondeo: Maior falsa est, Nam ybiverborum variatio non mutat res ipsas, ibi non est error. Eadem rem, alijs verbis Prophetae, alijs Christus, alijs Apostoli exponunt, & tamen congruunt in rebus, neque sunt heretici. Ad Minorem: In rebus est consensus, licet verba & declaraciones interdum variant. Alius enim alio clarius loquitur: Sic interpretationes aliae, sunt alijs concinniores. Attamen in vno qualibet scopo collidunt, nempe, vt afferant, *vnum esse Deum, & Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum esse illum vnicum Deum*,

185.

*Absurda non sunt afferenda.*

*Si Christus ideo unus est cum Patre, quia est vnius naturæ, unus erit idem Christus cum Abraham Patre suo, quia vnius naturæ est cum illo. Sed non hoc. Ergo nec illud.*

Respondeo ad Maiores. In rebus diuinis alia sunt absurdæ fidei; alia rationis. Absurda fidei sunt, quæ in sacris literis non sunt tradita; ea vero vitanda & fugienda sunt. Absurda vero ra-

tionis in sacris literis caueri nequeunt. Nam articuli fidei nostræ omnes coram ratione hominum sunt absurdii, eamq; ob causam credendi, non sapientia hominum æstimandi sunt. *Ad Minorem.* Ariani argumentantur à rebus humanis ad diuinæ, in quibus est diuersissima ratio. Præterea rectissimè sequitur, *Christus est ex sanguine Abraham procreatus: Ergo, est verus homo, ut Pater Abraham, licet persona distincta sit, & Christus non sit peccato obnoxius, ut Abraham.* Sic etiam rectissimè dicitur: *Filius est genitus à Patre: Ergo, Filius est Deus, est coëssentialis Patri.* Præterea nihil potest esse de essentia Patris, seu eiusdem naturæ, vel coëssentialis Patri, quod non sit Deus. Et hoc argumento satis se produnt Antitrinitarij, quòd Arii errorem defendant. Nam disertè dicunt, *Christum non esse unum Deum cum Patre; cùm tamen Christus claram dicat, Ioh. 10. Ego & Pater unum sumus. Item Ioh. 14. Pater in me est, & ego in Patre. Item: Hic tu, nempe Pater, & & Spiritus S. unum sunt, &c.*

186.

*Ordo est inter mittentem & missum.**Ergo, non est Deus Trinus.*

Resp. Ab ordine ad essentiam non est firma consequentia. Nam ordo distinctus non tollit cōmunem essentiam, siue Deitatē. Regula enim est; *alia dicta scriptura loquuntur de essentia Dei; alia de ordine atq; officio.* Hoc verò in loco disputatio est de Deitate, siue de essentia Dei præcipue, non de ordine, seu officio.

Deus

187.

*Deus vult inuocari per Filium.**Ergo, Deus non est Trinus.*

Resp. Nulla est connexio; Est fallacia à non causa ad causam. Nam dicta de inuocatione non loquuntur de ipsa essentia Dei; verùm de officio. Sic autem se Deus reuelauit, quòd solus Filius, non Pater, sit factus homo, & victima pro peccatis totius mundi. Constitutus est igitur hic propiciator generis humani, mediator & sacerdos, in cuius nomine preces sunt offerendæ. Licet tamen etiam ad ipsum Christum inuocationem dirigere, atq; petere, vt propter suum sanguinem, pro nobis effusum, nos clementer respiciat & saluet. Licet dicerè: *Iesu Christe, fili David, miserere mei.* Item: *Domine Iesu, suscipe spiritum meum, adauge meam fidem.*

188.

*Deus, absolute acceptus, non generat, ut Sophista affirmant.**Sed non est Pater Deus, qui non generarit.**Ergo, doctrina Sophistica euerit doctrinam de Deo.*

Respondeo: Sunt quatuor termini. Et est fallacia in voce *Deus*. Maior enim de natura seu Deitate loquitur, Minor de personis. Ac necesse est, in sacris literis obseruare, *qua dicta de ipsa Deitate, & qua de personis distincte loquantur,* quam quidem Regulam isti Ariani euertentes non poterunt. Deinde in Maiore hoc simplificiter affirminatur; ynam esse Deitatem eom-

munem tribus. Et rudiiores monentur, generationem sic in sacris literis esse teuelatam, vt ad personas referatur, nempe ad Patrem, qui generat solus, & ad Filium, qui natus est solus. Pater enim non est generatus, nec Spiritus sanctus est natus, qui habet suam proprietatem in procedendo ab utroque. Malitiosè igitur hanc locutionem isti Antitrinitarij exagitant. Etsi autem Scholastici Doctores quædam subtiliter disserunt, tamen discernendum est inter ea, quæ recte dicta sunt, & inter ea, quæ palam sunt falsa.

189.

*Deus Pater nihil quicquam nobiscum agit, nisi per Filiū.*

*Ergo, solus Pater est Deus; non Filius & Spiritus sanctus, cum Patre, sunt unus & verus Deus.*

Respondeo: Antecedens falsum est. Nam Genes. i. Elohim deliberat; *Faciamus*, inquit, *hominem*: Ergo Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus ibi simul agunt de homine. Sic Pater ait, Matth. 3. & 17. *Hic est Filius meus, &c.* Ibi Pater ipse docet nos immediatè de Filio suo, eumque nobis exhibit. Deinde dicta Scriptura de officio vniuersiusque personæ non tollunt, neque destruunt communem, seu vnicam essentiam, seu Deitatem.

190.

*Unum possunt esse multi, non unus. Nam, Vnus & Vnum differunt.*

*Pater & Filius vnum sunt Deitate, potentia, & eternitate.*

*Ergo,*

*Ergo, non unusidemq; Deus est Filius cum Patre.*

Declaratio Minoris additur. *Christus est unum nobiscum, natura vel humanitate; non unus: ita etiam cum Patre est Filius Dei unum, natura, non unus Deus.*

Respondeo: Multiplex est impostura in hoc argumento. Primum enim à principio Philosophico, quod locum habet in creaturis, ad ipsum creatorem proceditur. Itaq; Maior tantum de creaturis loquitur, non de unitate essentiae Dei. Si vero ad Deum referendum esset, recte intelligendum esset, nempe personas non esse confundendas. Non enim est unica tantum persona, vnius & veri Dei, sed est unus & verus Deus, qui distinctis tribus personis, Patre, Filiō, & Spiritu sancto, in sacris literis exprimitur. Deinde, in Minore est insufficiens enumeratio proprietatum eius unitatis, qua Pater & Filius vnum sunt. Nam existentia seu essentia quoque vnum sunt, id, quod Ariani omittunt. Ratio est, quia sacra litera de Deo, vbi non expressè de distinctis personis loquuntur, simpliciter affirmant, *vnum esse Deum*. Ergo, illi tres, quos alias distinctè nominat sacra scriptura, sunt unus ille Deus, de quo primum preceptum ait: *Non habebis Deos alienos.*

Declaratio Minoris dissimile affert: *Ergo, nihil probat.* Nam filius Dei nequaquam est vnum nobiscum, sicut est vnum cum Patre. Nam de Christo dicitur, *plenitudinem diuinitatis in eo hab-*

bitare oculis nostris. Hæc proprietas non conuenit Petro aut Paulo. Ita etiam non ad mensuram accepit Christus Spiritum sanctum. Comprehenditur filius Dei in primo præcepto, & in illo illustri dicto, *D e u s t u u s v n u s e s t.* Item, *N o n e s t a l i u s p r a t e r e u m .* Sed Iacobus, Iohannes, non comprehenduntur tali ratione in istis dictis, nisi quod eum verum D e u s agnoscere & colere debent, &c.

191.

*Filiu s n o n e s t v n u s c u m P a t r e , q u i a t r e s s u n t . In de hoc argumentum extruitur.*

*T r e s n o n p o s s u n t e s s e v n u s .*

*P a t r e , F i l i u s , & S p i r i t u s s a n c t u s t r e s s u n t .*

*Ergo, Filiu s n o n e s t v n u s c u m P a t r e , n e c S p i r i t u s s a n c t u s .*

Resp. A principio Arithmeticò ad ipsam essentiam, seu maiestatem Dei, non valer consequentia. Os Domini docet, *t r e s e s s e , P a t r e m , F i l i u m , & S p i r i t u m s a n c t u m , & e s s e v n u m D e u m , q u i n o n s i t a l i u s , q u a m P a t r e , F i l i u s , & S p i r i t u s s a n c t u s .* Deinde notanda est regula: *A l i a d i c t a s c r i p t u r a loquuntur de personis, alia de unitate Dei: e a j u n c t a n o n s e i p s a e u e r t u n t a c d e f r u n t , s e d p o t i u s d e c l a r a n t & c o n f i r m a n t .* Est igitur blasphemia Arianorum, *P a t r e m , F i l i u m , & S p i r i t u m S . n o n e s s e v n u m D e u m .*

192.

*C h r i s t u s n u s q u a m s i m p l i c i t e r d i c i t u r D e u s ; s e d t a n t u m r e s p e c t u P a t r i s D e u s d i c i t u r .*

*Ergo, Filiu s Dei n o n e s t v n u s & i d e m D e u s , c u m P a t r e & S p i r i t u s s a n c t o .*

Respon-

Respondeo: Nego antecedens: Nam Thomas Christum simpliciter *J e h o u a & D e u m* vocat. Item Rom. 8. *Q u i e s t s u p e r o m n i a D e u s b e n e-d i c t u s i n s e c u l a .* Hebr. 3. *Q u i c r e a n i t o m n i a , D e u s e s t .* Loquitur autem in filio Dei: *D e u s i p s e v e-n i e t , & s a l v a b i t n o s .* Esa. 9. *V o c a t u m e s t n o m e n e-i u s D e u s f o r t i s , &c .* Esa. 35. 44. 47. Nehem. 1. Habac. 3. dicitur filius Dei Hebraicè *E l o h a , G r a c c è D e ò s , L a t i n è D e u s , G e n . 14 .* Item, *E l E l o n , i d e s t , D e u s a l t i f f i s m u s , G e n . 48 .* *E l s c h a d d a i , i d e s t , w a-y -t o x e g á r w e , D e u s o m p n i p o t e n s .* Ios. 3. *E l h a i , D e u s v i-n u s .* Falsum & hoc est, *F i l i u m s e m p e r t a n i u m r e-s p e c t u P a t r i s D e u m d i c i .* Nam, quoad personas, sacra scriptura ponit distinctionem & relationem: Sed, quod ad ipsum esse Dei, affirmat, *v-n u m e s s e D e u m , q u i s i t p r i m u s & n o n i s s i m u s , A & Q , p r e t e r q u e n s a l i u s D e u s n o n s i t : E r g o , F i l i u s & S p i-r i t u s s a n c t u s n o n s u n t a l i u s D e u s , p r e t e r e u m D e u m , q u i e t i a m P a t r e e s t . Q u æ i g i t u r s a c r a v o x d i s t i n c t è p o n i t , & q u æ c o n i u n g i t & v n i t , n o n s u n t c o n f u n d e n d a , v e l n e g a n d a . T r e s , a i t , e s s e , P a t r e m , F i l i u m , & S p i r i t u m s a n c t u m , & t a m e n v-n u m e s s e D e u m .* Ista quidem ratio humana non potest percipere, sed fides verbo Dei patefacto credit, &c.

193.

*U b i c u n q ; D e u s a b s o l u t e i n s c r i p t u r i s e s t p o s i t u s , s e m p e r e s t P a t r e .*

*Ergo, s o l u s P a t r e e s t v n i e s D e u s , n o n F i l i u s , n o n S p i r i t u s s a n c t u s .*

Respondeo: Regula ista Antitrinitariorum

non est vera: Sed hæc Regula Ecclesiæ Dei vera est & firma.

*Ubi* cung, *vocabulum* Deus *absolutè in scripturis* ponitur, *nec* sit *dixerè mentio personarum*; *ibi* non solum Patrem, sed Patrem, Filium, & Spiritum sanctum complectitur, ut: Audi Israël, Dominus Deus tuus Deus unus est; Non habebis Deos alios, &c. Nam hic Deus tali modo in sacris literis exponitur, quod sit Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & in mundi creatione, in collectione Ecclesiæ, in regeneratione, in donatione virtutum æternæ, ac similibus operibus, pari potentia & maiestate coniunguntur. Ac consentit Ecclesiæ Dei unanimitas fides & confessio omnium temporum, sicut alibi exponitur.

194.

*Corpus* & *anima* sunt *unum* *ὑφιστάμενον*.

*Ab* *ὑφιστάμενῳ* *assumpit* *integrā* *naturam* *humanam*, *corpus* & *animam*.

*Ergo*, *duo* *sunt* *ὑφιστάμενα* *in Christo*.

Respondeo: Maior vera est de omnibus hominibus, excepta humana Christi natura. Etsi enim humana Christi natura *integra* est, corporale & anima constans; tamen sola non est *ὑφιστάμενον*, id est, *persona*; quia, nisi à *λόγῳ* fuisset assimilata & sustentata, non extitisset. Sic enim, propter *Et contra ordinem naturæ*, à *Spiritu sancto* concepta, *ex virgine nata*, & à *Deo ad personalem unionem* cum *λόγῳ* ordinata est, ut ab *sq. eo* nec extitisset *unquam*, *nec* ab ea diuelli possit, iuxta Damascenii regulam: *λόγῳ*, *quod semel assumpit*, *nunquam*

*quam* *deseruit*. Alia igitur ratio corporis & animæ in Minore, alia in Maiore; & sunt quatuor termini:

195.

*Fieri* *nō* *poteſt*, *ut* *quis* *intercedat* *apud* *ſemel* *ἐpſum*.

*Ergo*, *Christus* *nō* *est* *verus Deus* *cum Patre*.

Respondeo: Verum est ancedens, eodem respectu, atque *evbi* *una* *tantum* *est* *persona*. In negotio autem reconciliationis, non modò simplicem essentiam, verum etiam personas, earundemq; officia & actiones obseruari decet. Quocirca distinguenda est persona mittens, à persona missa, ac dicendum; à persona missa, id est, à *Filio*, placari personam mittentem, id est, *Patrem*; siquidem *Filius* *Mediator* est, ut missus.

196.

*Trinitas* *dicta* *est*, *quasi* *trium* *unitas*.

*Vnitatis* *autem*, *sive* *concordia*, *confessio* *indicij*, *ac voluntatis*, *Deus* *dici* *nequit*.

Respondeo: Falsa est Etymologia, quia Trinitas propriè hotat numerum ternarium personarum in diuina essentia, quod Græca vox reidi clarissimè arguit.

197.

*Si* *Trinitas* *effet* *Deus*, *non* *tres*, *sed* *quatuor* *efſent*, *quorum* *quilibet* *effet* *Deus*, *nempe*, *Deus Pater*, *Deus Filius*, *Deus Spiritus sanctus*, *Deus Trinitas*.

Respondeo: Est fallacia divisionis. Nam separant Antitrinitarij diuersa, quæ coniungi de-

R.

bent, suntque planè eadem. Trinitas ipsas tres personas signat, non aliquid aliud ab illis diuersum. Et sicut deinde fallum est, *tres Deos consti-  
tui, quia unaqueq; persona Deus dicitur: ita fallum  
est, Trinitatem quarto loco Deum ponit.*

198.

*Solus Pater est verus Deus.**Ergò, Filius non est verus Deus.*

Respondeo: Hæc particula exclusiva non excludit Filium, quasi is non sit verus Deus; quia Apostolus dicit: *Soli habenti immortalitatem, lu-  
cem inaccessam habitanti, regi seculorum immorta-  
li, invisibili, soli sapienti Deo.* Hæc certè non pos-  
sunt explicari de solo Patre, alioquin in Filio &  
Spiritu sancto erunt contraria, vt: *insipientia,  
mortalitas, habitatio in tenebris, &c.*

199.

*Pater est essentia diuina.**Filius est essentia diuina.**Ergò, Filius est Pater.*

Respondeo: Hoc argumentum hac vna re-  
sponsione solui potest: *Os Domini locutum est,  
& de Deo non aliter sentiendum aut loquendum,  
quam sicut se patefecit.* Discimus autem ex verbo  
Dei, quod Filius diuinam naturam à Patre ha-  
beat; vnde & Patrem *Deum suum* vocat, sic tam-  
en, vt Pater non sit alius Deus, quam est Fi-  
lius. Vnus enim Deus est Pater, Filius, & Spir-  
itus sanctus, & vna omnium trium personarum  
est essentia; ita vt quanquam essentia diuina, non  
absolutè, sed relatiuè intelligendo, vt est essen-  
tia

tia in Patre generans, gignat essentiam diuinam  
Filiū; tamen vna & eadem est essentia Patris,  
quæ est Filij, & sic etiam vnis Deus gignens &  
genitus; sed tamen alia est persona gignentis, &  
alia geniti, & alia Spiritus sancti procedentis ex  
utroque, Patre & Filio. Vna tamen omnium  
trium personarum communis est essentia abso-  
lute; sed relatiuè intellecta, prout est essentia in  
Patre generans Filium, est distincta. Esti enim  
vna communis est trium personarum essentia,  
tamen Filius & Spiritus sanctus non generant,  
sed solum essentia in Patre generat. Necesse est  
enim, talia intelligi subiecta, quibus conuenire  
possint prædicata: *Generare autem prædicatum  
non conuenit Filio, neque Spiritui sancto.*  
Ergò necesse est, intelligi de ea essentia, quæ  
relatiuè Patri conuenit; & tamen inde seque-  
tur nequaquam diuersas esse essentias. In diui-  
nis enim utraque propositio est vera: *Essentia est  
vna, absolute, & tamen distincta, ratione personarum.* Nec aliud est exemplum simile in tota re-  
rum natura, ubi videlicet vna essentia, distincta  
in tres personas, sic illis communicaretur, vt &  
vna maneret, & individua non confunderen-  
tur. *Generare autem vox, statim respicit essentiam  
Patris relatiuè; ita tamen, vt non sit alia essentia  
Patris, quam Filij, aut Spiritus sancti.* Pater ita-  
que ab æterno gignit, de sua essentia, Deum  
Filium imaginem suam, in quem transfundit es-  
sentiam suam diuinam; ita vt vna quidem sit Pa-  
tris & Filij essentia; sed tamen, vt alia Filij,

vt geniti, persona sit, quam Patris. Hæc, quam  
quam in hac vita perfectè intelligi non possunt,  
tamen simpliciter ita crederida sunt, sicut se  
Deus in verbo suo patefecit; & pia reuerentia  
de tanis rebus cogitemus & loquamur.

200.

*Nullus dissidentium potest esse Mediator.*

*Sed Christus secundum Divinitatem est altera  
pars dissidentium.*

*Ergo secundum Divinitatem Christus non potest  
esse Mediator.*

Respondeo ad singula membra; Maior vera  
est, addita hac declaracione, scilicet, quatenus of-  
fensus est, & offendit implacabiliter.

Interea potest officia per bona de iure suo ce-  
dere, & mitigationem iuris promouere, & x-  
 quali personæ, similiter offendæ, pro offendente  
inferiori satisfacere. Minor iam facile solui  
potest: Christus, secundum Divinitatem, est  
quidem altera pars dissidentium, quia unus & i-  
dem, cum Deo Patre & Spiritu sancto, Deus  
est. Sed, ob id  $\lambda\beta\gamma\phi$  est, & non Pater, vt esset  
per nos. Ideoque de iure suo cedit, & partes no-  
stras adiuuat apud Deum Patrem, satisfaciendo  
& intercedendo.

Nec fingenda est tota Trinitas sic implacabi-  
lis, vt nolit nostras adiuuare & promouere par-  
tes. Quare sic conclude: *Nullus dissidentium  
potest esse Mediator, quatenus offensus est, & offen-  
sam implacabiliter retinet.* *Sed Christus, secun-  
dum Divinitatem, est offensus cum Deo Patre &*  
*Spiri-*

*Spiritu sancto: offendit autem implacabiliter non  
retinet Trinitas,  $\epsilon\nu\tau\delta\lambda\gamma\phi$ : Ergo, Christus secun-  
dum Divinitatem etiam potest esse Mediator apud  
Deum Patrem, ut interea maneat aequalis  $\epsilon\beta\pi\delta$ -  
 $\zeta\cdot$  Deo Patri, & Spiritui sancto.*

201.

*Opera Trinitatis sunt indiuisa ad extra.*

*Saluatio est opus Trinitatis.*

*Ergo, est indiuisa ad extra: hoc est, ad totam  
Trinitatem aequaliter pertinet.*

Respondeo: Maior vera est, si retineatur  
personarum proprietas. Minor, *Saluatio est o-  
pus Trinitatis*; sed certo ordine Pater saluat, scilicet  
per Filium, quem posuit Mediatorem. Id-  
eoque ad Filium, & non ad Patrem, mediatio  
spectat; quamvis tota Trinitas negotium salu-  
tis nostræ perficiat,

202.

*Christus, secundum Divinitatem, non fuit Me-  
diator ante incarnationem.*

*Ergo, nec post incarnationem.*

Respondeo: Christus, vt ab æterno Filius  
Dei est, genitus à Deo Patre; sic ab æterno est  
ordinatus Mediatores. Ideoque Mediatores offi-  
cium semper ad  $\lambda\beta\gamma\phi$  pertinuit, & non ad Pa-  
trem, vel Spiritum sanctum. *Elegit nos in Chri-  
sto, antequam iacerentur fundamenta mundi.* E-  
phes. 1. *Iesus Christus heri & hodie idem est, etiam  
in secula.* Hebr. 13. Patefactio autem Mediato-  
ris in tempore facta est ab hinc 1597. anno; id-

R 3

eoque ante incarnationem nondum fuit mundo patefactus Mediator, quem in carne postea viderunt homines: tamen officium mediationis & patefactionis ad personam  $\lambda\delta\sigma$  pertinebat. Hunc Paulus ait: *Patres in deserto bibisse de petra spirituali; Petra autem fuit Christus.* 1. Corinth. 10.

203.

*i. Timoth. 2. Unus Deus, & unus Mediator Dei & hominum, homo Jesus Christus.*

Respondeo: De persona loquitur Apostolus; ideoq; Iesum Christum nominat, tanquam integrum personam. Quod autem addit, *homo Jesus Christus*, loquitur de persona Christi, patefacta mundo, & qualis ab hominibus agnoscebatur, vt verus scilicet homo. Interea non voluit excludere diuinitatem. Nec admittenda est explicatio illa; *Christus homo est Mediator*, id est, secundum humanitatem tantum. Sed, *Christus homo Mediator est*, hoc est, illa persona, qua *homo est, & Filius aeterni Patris*: illa, inquam, persona Mediator est Dei & hominum.

204.

*Si Christus secundum Diuinitatem est Medicator.*

Ergo, tota Diuinitas erit mediatrix; quod est absurdum: apud nullum enim mediare potest.

Respondeo: Opus salutis ad totam Trinitatem pertinet; Sed cum loquimur de Mediatione & Mediatore, intelligimus officium  $\lambda\delta\sigma$ .

Et

Et vera esset collectio. Si tota Trinitas esset una persona, ita non posset fieri mediatio. Nemo enim apud se pro altero intercedit, nec sibi offert, nec sui est deprecator & mediator. Sed cum tres sint personae indivisa Trinitatis, facile potest intelligi personam filij Dei, utpote missam a Deo Patre in hunc mundum, mediare & deprecari pro nobis apud Deum Patrem, quæ persona non est Filij: interea manent confubstantiales, æquales gloria & potentia.

205.

*Si Deus unus essentia, & trinus personis est, sequitur, quaratione Deus Verbum est essentia unus cum Patre & Spiritu sancto, ut simul etiam Pater & Spiritus sanctus sint incarnati.*

Respondeo: Non Deus, vt Deus, sed vt  $\lambda\pi\tau\alpha\zeta$ , & vt Verbum seu Filius, assumpsit humam naturam.

206.

*Officia personarum non sunt confundenda.*

*Filius interpellat pro nobis.*

*Ergo, non Spiritus sanctus.*

Respondeo ad Maiorem: Filius interpellat, tanquam Mediator & Sacerdos, offerens alterno Patri meritum suum, & precium redemptoris & exauditionis. Spiritus sanctus interpellat, non vt Mediator ad Patrem, sed vt agitator, inclinans nos ad invocationem, & opem ferens nostræ imbecillitati, quæ nec pericula nostra, nec magnitudinem bonitatis diuinæ intelligit.

R 4

*Ignorare, Deum unum esse, est origo omnium errorum in doctrina de Deo.*

*Sed docere & credere, vnam esse Dei essentiam, & tres personas eiusdem Dei, est ignorari, Deum unum esse.*

*Ergo, docere & credere, vnam Dei essentiam, & tres eiusdem Dei personas, est origo omnium errorum in doctrina de Deo.*

Minor est *nequivocatio*: Estque proflus neganda. Ratio autem rei est manifesta; quia non pugnant inter se in sacris literis, haec duas propositiones *vnum tantum esse Deum*; & *hunc unicum & eundem esse, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum*. Imò, nos inquietimus Antitrinitariorum asseverationem, & simpliciter iuxta verbum Dei asserimus; *Eos, qui negant, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum esse unicum, eundem & verum Deum, eosdem verū Deum ignorare, & esse hereticos, anathemate Ecclesia dignos, si non resplicant*. Nam extra hunc Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, non est Deus verus. Sciant igitur Ariani, nos in Ecclesia Dei vera vtralq; propositiones, tanquam sibi consentientes, & verbo Dei conformes, toto pectore amplecti, & firma fide profiteri, nempe, *vnum duplex esse Deum, non plures, & tres esse personas diuinitatis, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, easque esse unicum illum & eundem verum, aeternum, omnipotentem Deum*. Testimonia, quibus has duas propositiones confirmare possamus, supra in Thesibus nostris recitata sunt.

*Quo-*

*Quoties Deus in sacris literis absolutè ponitur, significat omnes tres personas diuinitatis. Sed in dicto Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, absolute ponitur Deus.*

*Ergo, Deus hic tres personas significat.*

Hinc concludit D. Ritterus Arianus; *Si Deus hic significat Patrem, Filium & Spiritum sanctum, quem nam igitur habebit Filium?*

Respondeo; Maior in hoc argumento mutila est. Nam reticet hic Arianus, more hereticorum, alteram eius Regulæ partem; *Quoties autem respectuè ponitur Deus, personam significat*, vt: *Deus misit Filium suum: hic Deus respectuè usurpatur, quia Filij mentio fit, & significat personam Patris. Item, interdum, veluti nomen generalius, est adiunctum personæ, ac significat essentiam diuinam, quæ communis est tribus Diuinitatis personis, vt: *Ab ipso est Deus*, hoc est: natura diuina præditus, seu, *vnum Deus cum Patre & Spiritu S.* Haec Regulæ ex phrasibus sacrae Scripturæ nascuntur, & Ecclesiae Iesu Christi notissimæ sunt. Minor deinde est vitiosa applicatio, & merum mendacium. Nam vox Deus in dicto Ioan. 3. ibi non ponitur sola, sed respectuè, quia Filij nomen clare additur; itaque non absolute usurpatur, sed significat hoc loco Patrem, qui quidem in sacris literis hoc pacto describitur, quod sit persona, mittens Filium unigenitum. Filius vero sic declaratur, quod sit persona, missa in hunc mundum, vt homo fieret, suo-*

que merito genus humanum, lapsum in peccatum & mortem, reconciliaret Deo & restauraret. Spiritus sanctus tali modo celebratur, quod sit persona, verbi diuini ministerium gubernans, & homines vivificans & sanctificans. Cum igitur Maior & Minor non consistant, corruit etiam illatio de absurditate.

209.

*Scriptura ait: Deus unus est.*

*Sed Scriptura, unius D e i n o m i n e , n o n , n i s i u n u s D e u m P a t r e m s i g n i f i c a t , n o n P a t r e m , F i l i u m & S p i r i t u m s a n c t u m ..*

*Ergo, Pater solus est & dicitur unus Deus.*

Respondeo: Deum unum esse, & non plures, extra omnem controvrsiam est; & Ecclesia Christi hunc fidei articulum constanter retinet & profitetur. Sed Minor est *xειρόπενον*, nec potest vlo sacrae Scripturae testimonio probari. Docet quidem Scriptura, *unum esse Deum*; sed iungit Patrem, Filium & Spiritum S. prout verba Baptismi liquidissime ostendunt, & tota Ecclesia credit ac profitetur. Sic Paulus Gal. 4. ait: *Misit Spiritum Filij sui in corda nostra, clamantem, Abba Pater.* Hic autem verus & unicus Deus describitur, qui est Pater, Filius & Spiritus sanctus.

210.

*Apostolica dictiorum Scriptura interpretatio est certissima.*

*Sed S. Paulus hoc dictum, Deus unus est, sic exponit, solus Patrem unius Dei nomine dici, quia ait,*

ait, 1. Corinth. 8. Nobis unus est Deus Pater, ex quo omnia.

*Ergo, solus Pater est unus Deus.*

Respondeo: Nego consequentiam, quia minor multiplicem habet imposturam. Nam, priu[m] non dicit Apostolus, *solus Deus est unius Dei nomine censendus*; sed ait: *unus est Deus, ex quo omnia*. Est autem magna differentia inter has duas propositiones: *unus est Deus Pater, ex quo omnia*; & *solus Pater unius Dei nomine censendus est*. Prior propositio est S. Pauli Apostoli, & sine omni dubitatione verissima: Sed nulla hic exclusiva reliquarum personarum diuinitatis extat. Posterior vero propositio & verbis & rebus differt, quia additur exclusiva, *solus*, quae non est in texto Pauli, & profert aliam sententiam, *quod nimirum solus Pater dici debet, unus Deus*. Deinde ordinem verborum D. Ritterus callidissime immutat. Nam Paulus priu[m] hoc statuit, *unum esse Deum*. Hoc enim principium opponit pluralitati Deorum apud Ethnicos, qui, ut saepe dictum est, ultra 3000. Deorum excogitarunt, sicut Varro, Romanorum doctissimus, & Lilius Giraldus, Historicus & Iurisconsultus celeberrimus, demonstrant. Deinde vero, quasi per Analysin, Paulus adiungit, *Pater ex quo omnia*. At Ritterus, veluti falsarius, textum corruptit & mutat. Nam, vocem *Patris* subiecti loco reponit, & ne quid libidini sua desit, vocem *solus* apponit proprio iudicio, seu furore potius.

Postea, quod Paulus loco subiecti protulerat, iste in prædicatum transfert, indeque hoc suum dogma Arianum extruit; *Solus Pater est unus Deus.* Vult autem particula *Solus* hic Antitritunitarius ab hac unitate Dei, cum Filium Dei, cum Spiritum sanctum excludere. Non autem reiicit Ecclesia Christi hanc sententiam, *Pater est unus Deus;* nam & Filio, & Spiritui sancto, hoc prædicatum competit: sed hanc propositionem reiicit, *Solus Pater est unus Deus;* quia labefactat articulum omnium summum, de Trinitate Dei, qui non pendet ex hominum placitis, sed ex declaratione verbi diuini. Tertio, sicut Diabolus tentans Christum, *Matth. 4.* profert dicta truncata, impertinentia, & omittit illa, quæ suo instituto repugnant; ita Ritterus, astu singulari, quod continuè sequitur, præterit; Nam Apostolus haec ita subiicit; & *unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos in ipsum.* Arrigeaures Rittere, S. Paulus addit, *vnum esse Dominum.* Iam dic mihi, Ariane, annon hoc loco prouersus æquipollent, & *Deus,* & *noster,* Nam constat Apostolum vocem *Iehouam* per vocabulum *noster* vertisse.

## III.

*Quicquid Moyses de Deo docet, verum est,*

*Sed Moyses docet, Iehouam esse unum Deum.*

*Ergo solus Pater est unus Deus, non Filius, non Spiritus sanctus.*

VEL

VEL SIC:

*Quicunque dicit, vnum esse Iehoua, is dicit, solum Patrem esse Iehouam.*

*Sed Moyses sic ait: Audi Israël, Iehoua Deus noster, Iehouia vnuus est:*

*Ergo, Moyses ait; solum Patrem nomine Dei dicendum esse.*

Respondeo ad primum argumentum: Plus est in conclusione, quam in præmissis. Nulla igitur est firma connexio. Quod autem ad alteram argumenti foritam attinet, dico, maiorem propositionem esse impiam & blasphemam. Non enim sunt propositiones æquipollentes, *vnum esse Iehoua, & solum Patrem esse vnum Iehouam.* Prior quidem oratio Moysis est: altera, vero non. Prior oratio de Deo, sine expressa distinctione personarum, huc loquitur; at posterior de una tantum persona diuinitatis pronunciat. Neque haec oratio; *Vnum esse Iehouam,* causam affert, cur solus Pater vnius Dei nomine sit censendus; quin potius admittit reliquam Scripturæ sacræ declarationem, quod *Pater, Filius & Spiritus sanctus, ille unus idemque sit Iehoua, & non alius.*

## 212.

*Dicta Scriptura de Deo, quæ non adfruunt Trinitatem, Arianorum dogma confirmant, quod solus Pater nomine vnius Dei dici debeat.*

*Sed hoc dictum de Deo; Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob; non adfruit Trinitatem, quia Petrus addit: Et Patrium Deus.*

*Ergo,*

Ergo, hoc dictum confirmat Arianum dogma; solum Patrem esse unum Deum, exclusis ab hac unitate Dei, Filio & Spiritu sancto.

Respondeo: Nego consequentiam, quia Maior huius argumenti, quæ *ov̄eχο* argumenti continet, palam impia & blasphemica est. Deinde & Minor neganda est, quia non est firma probatio atque illatio. Petrus enim vocat, Patrum Deum: Ergo precedens Testimonium non probat Trinitatem personarum. Causa vero haec est, quia Apostolus ea, quæ in specie recensuerat, postea genere quodam complectitur. Nam, constat Abrahamum, Isaacum & Iacobum, filios Patres; immo, omnium reliquorum quoque sanctorum pronunciat hunc esse Deum.

213.

D. Ritteri.

*Quicunq; non est à seipso Deus, & omnia ab eo habet, non est Deus ille unus.*

Sed Christus non est à seipso Deus, ut Pater, & Deus est a Deo, & omnia ab eodem habet.

Ergo, aliter Pater Deus est; aliter Christus Deus est; hoc est, non est unus ille Deus, qui est Pater.

Respondeo: Nego simpliciter Maiorem. Causa vero ejus rei est, quia destituitur probatio ex verbo Dei, immo, cù verbo Dei pugnat, ac tantummodo nititur humanæ rationis cogitationibus, à creaturis desumptis. Nā, in hoc mundo sic se res habet, ut id, quod aliunde est, non sit idem

idem prorsus, quod est id, unde est; vt, *Filiu non est prorsus idem, quod naturalis eius Pater est.* Sed, et si personis differunt, Pater mundanus, & Filius mundanus; tamen natura unum sunt, id est, uterque homo est; nec est vel magis vel minus homo Filius, quam Pater. Sed in doctrina de Deo, cogitationes humanæ, à creaturis sumptę, non habent locum: Ratio eius rei est, quia doctrina de essentia diuina, excedit quam longissimè omnes creature, nec est cogitationibus hominum subiecta. Tantum igitur hoc celeste mysterium ex verbo Dei reuelato discēdum est; neque est cuiquam integrum, hasce metas diuinas mentis suę cogitationibus transilire. Si autem ille, qui est in sinu Patris, nos homines docet & instituit, quod Pater & ipse sint unum, scilicet essentia, de qua quidem eo in loco loquitur; &c, quod Pater in seipso, & ipse in Patre sit, scilicet essentialiter, seu una essentia. Nam idem dicit: qui me videt, Patrem videt. Hac autem de nullo mundano Patre & Filio dici possunt.

Proinde ista divina eloquia non ratione humana aestimanda, sed fide cordis, tribuēt Christo præceptorī veritatem indubitatam, apprehendenda sunt. Sequitur igitur irrefragabiliter ex dictatis verbi diuini, *Filiu dei unus & eundem Deum, qui est Pater, & non est unus & eundem Deum,* extra huius Dei Filium & Spiritum sanctum. Personæ autem sunt distincte, nec est unica tantum persona

diuinitatis, sed tres sunt, ut Ioannes loquitur, i<sup>o</sup> epist. cap. 5. Item, alius est Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, sed personarum reali distinctione. Verum, non est alius Deus Pater, quam qui est Filius; nec est alius Deus Filius, quam qui est Pater; nec est alius Deus Spiritus sanctus, quam qui est Pater & Filius. Immota enim est sententia, dilatitus patefacta & tradita, quod unus duntaxat sit Deus. Non igitur sequitur, ut D. Ritterus concludit; *Filius Dei est Deus à Deo*, & omnia ab eodem habet: Ergo, non est ille unus idemque Deus, qui est Pater. Nam sacræ literæ non tantum testantur, quod *Filius Dei* sit *Deus à Deo*, & omnia ab eodem habeat; sed insuper etiam addunt, Patrem & Filium esse unum: &, quod ad unitatem Dei attinet, nusquam discernunt inter Patrem & Filium, sed duntaxat, quod ad personas attinet. Non possunt itaque omnes Ariani, licet medijs rumpantur irâ, vnum dictum negatiuum proferre, quo unitas diuina Filio Dei auferatur. Ea verò res triaximi est mortienti.

Sed instat D. Ritterus, dicens; *Christum ipsum hoc esse professum, omnia sese à Patre habere*: Respondeo: quisnam hoc negat? verissima enim sunt, quæ Christus tradit: Sed inde non sequitur hæc Ariorum blasphemia, quod *Filius Dei* non sit natura Deus, &, quod non sit unus idemque Deus, qui Pater. Sic verò possumus Ariantom argumentum inuertere: *Quia Christus est Deus à Deo*, & omnia ab eodem haber; Ergo sequitur inuita consequentia; *Christum, quoad divinam nat*

turam,

turam, de qua hoc loco differitur, esse ὁμόστοιον. hoc est, coessentialē Deo Patri, & esse unum & eundem Deum, qui est Pater.

Iterum obiicit Ritterus; *Data est, inquit Christus, mihi omnis potestas*. Ergo, *Christus non est Deo Patri coessentialis*. Respondeo: *Filius Dei factus homo, eo in loco prædicat Patris sui admirandam bonitatem*, qui sibi etiam in hoc officio, quo erat Præpitiator generis humani, &, iuxta suscepitam humanam naturam, omnia tradidisset; sicut Orthodoxi Patres dictum Christi sunt interpretati. Sed, licet Christus non tantum omnipotentiam, sed etiam diuinitatem suam acceperit à Patre datam, tamen natura est Deus unus & idem cum Patre, quia sic se Deus in suo verbo patefecit.

Iterum D. Ritterus nobis obiicit, clamitans, *Sicut Pater habet vitam in seipso; ita dedit Filio vitam habere in seipso: Ergo, Filius non habet vitam, ut Pater; seu: Ergo non est unus & idem Deus, qui est Pater*. Respondeo: Nos inuertimus argumentum, & ita firmiter concludimus; *Filius Dei à Patre habet vitam in seipso: Ergo est unus idemque Deus, qui est Pater*. Ratio est, quia vita Patris & vita Filii Dei, est una eademque vita: Ergo etiam est una eademque natura. Nam vita Dei Patris est ipsa natura Dei Patris. Iam *Filius accepit ipsam Patris vitam: Ergo accepit & ipsam naturam Patris: Ergo ὁμόστοιος, seu coessentialis est Deo Patri, hoc est: unus idemque cum Patre, Deus est, licet persona sint distinctæ*.

D. Ritteri.

*Quicunq; factus est Dominus & Christus, is non est aeternus Deus, seu, unus Deus cum eo, qui eum fecit Deum.*

*Sed, Christus est à Deo factus Dominus, ut Petri verba sonant.*

*Ergo, Christus non est aeternus Deus, seu unus Deus cum eo, qui fecit eum Deum.*

Respondeo: Nego Maiorem, quia in sacris literis nō potest illa probari. Principium autem rationis humanae, qui unquam sit ab alio, non est idem, qui fecit; in doctrina de essentia Dei non habet locum. Nam generatio Filij Dei aeterni, ab aeterno Patre, excedit omnem Philosophiam & cogitationem humanarum & angelicarum mentium. Vtraque autem in sacris literis extat. Primum; *Filiū Dei à Patre cœlesti genitum esse,* & deinde; *hunc Filium Dei esse unum cum suo Patre, & esse Deum.* Hæc nos fide immota teneare, necesse est; quia sacræ literæ nos sic docent. Deinde, quod ad Minorem attinet, vox κίειος, non ubiq; in sacris literis pro Iehona, aut natura diuina, ponitur, sed pro excellenti & potenti Domino. Sic etiam in his verbis S. Petrus docet, in quantum fastigium dominationis super omnes creaturem hic Iesus, quem Iudæi crudeliter occiderant, & putabant, adhuc alicubi mortuum à discipulis occultari, sit electus & collocatus, etiam secundum humanam suam naturam. Simili phrasi vtitur Paulus, Heb. 3. qui fidelis est ei,

qui

*qui fecit eum,* (loquitur autem de officio Christi) hoc est, qui constituit eum Apostolum & Pontificem, sicut verba præcedentia ostendunt. Nil igitur hac sua ratiocinatione obtinet D. Ritterus, quo suas blasphemias palliare nititur: sed potius calumnia eius, in peruerendis Spiritus sancti verbis, ab omnibus piè eruditis hic reprehenditur.

D. Ritteri.

*Qui factus est Deus, is non est Deus ante omnem aeternitatem, sed tum demum, cum iam manifestatus esset.*

*Sed Christus factus est Deus.*

*Ergo, Christus non est Deus ante omnem aeternitatem, sed, tum demum, cum iam manifestatus esset.*

Respondeo: Nego Minorem. Nam sacra Scriptura sic non loquitur, quando de natura Filii Dei differit; nec S. Petrus in loco citato sic loquitur, *Christum factum esse Deum à Patre;* sed dignitatem & exaltationem etiam humanæ naturæ in Christo, quem occiderunt Iudæi, commendat. Deinde differunt in propositionibus de Filio Dei, *gigni à Patre, &c., fieri à Patre;* nec aequipollent. Genitus autem est Filius Dei à Patre cœlesti, & est aeternus Filius aeterni Patris: nam ab aeterno Pater est; sic & ab aeterno Filius est. Sic Christus ait: *sese ante huius mundi creationem extitisse auid Patrem,* Ioan. 12. In modo Ioan. testatur, eum cōdidisse

*mundum.*: Sed ante mundi principium nihil aliud est, quām mera æternitas. Et Ecclesia Dei rectissimè damnauit Arium, dicentem, *Erat aliquando tempus, quando non erat Filius Dei.*

216.

*Quicunq; habet alium Deum super se, is non est unus & idem Deus.*

*Sed, Christus Deus habet alium Deum super se.*

*Ergo, Christus Deus, non est unus & idem Deus cum Patre.*

Respondeo ad Maiorem, per distinctionem: *Naturā & potentiam scilicet sibi dissimilem.*. Nam, citra talem distinctionem Maior est reiicienda. Minor est insidiosa & perplexa, &c, ad fallendum ab Antitrinitariis instruxta. Sed, negamus Minorem, quod ad naturam diuinam, quae communis est Filio, cum Patre & Spiritu sancto: Item; quod ad potentiam & operationem attinet. *Quod verò ad officium, sedimendi genus humanum à peccato, ira Dei, morte, tyrannide Diaboli & inferni, attinet, consilium Dei fuit, ut Filius sese humiliaret, & gestaret maledictum legis diuinæ, loco totius generis humani.* Hoc verò officium nequaquam Filium Dei natura diuina priuat, sed potius commendat ingentē Dei erga nos misericordiam, qui proprio Filio non pepercit, vt nos iustitiae & vita æternæ restitueret. *Filius Dei ipse, seruiformā acceptā, sese humiliat, factus est obediens Patri usque ad mortem, ut nos, in delictis mortuos, in vitam eternam reduceret.*

Philippens.2.

D.Rit-

217.

D. Ritteri.

*Quicunque eundem & communem nobiscum Deum habet, is non est unus & idem Deus cum illo, quem Deum habet.*

*Sed, Christus eundem & communem nobiscum Deum habet:*

*Ergo, Christus non est cum Deo illo unus Deus, licet sit Deus, & Dominus omnium.*

Respondeo: Maior falsa est, & non cohæret, quia non est vniuersalis. Excipitur enim Christus. De creaturis verò omnibus certa est. At creator rerum non est creatura, ea scilicet natura, quæ extitit ante creaturarum initiam, &, qua creauit omnia. Quod ad Minorem, dictū Christi manifestè loquitur de reconciliatio & propria-tio Deo per mortem & resurrectionem Christi, vt intelligant beneficium Christi, nec amplius Deum intueantur ex Moysi irascente & fulminante, sed iuxta gloriosam Christi resurrectionem, hoc est: iuxta vocem Euangeli. *Patris igitur nomen Christus in precatione suâ præmitit, & docet, paterno & clementi amore Deum Patrem homines complecti, idque propter meritum suum.* Est itaque affectata insania, tam dulcia Christi dicta, à nativa & propria sententia, per calumniam, ad errores tetros, & in ipsum Deum iniuriosos, extorquere. Intelligent autem omnes pij & hanc blasphemiam, quod naturam diuinam non minùs isti Filio Dei Ritterus subtrahat, quām nobis, ac tantum in potentia faciat

S ;

discrimen, quod nimirum Christus sit Dominus omnium; nos vero non item; hoc est: quod sit Christus homo, omnium hominum potentissimus. Nam hic est scopus omnium Arianorum, ut Filio Dei suam cum Patre aeterno, aeternam diuinitatem auferant.

218.

Vnctus & vngens non sunt idem & unus.

Sed Filius Dei est unctus Deus: Pater est vngens Deus.

Ergo, Filius Dei non est Pater Deus.

Respondeo: Concedi posset tota argumentatio, si de personis candidè, absque sophistica, intelligeretur. Nam, alia est persona Filii, & alia est persona Patris. Sed, quia ad hunc scopum D. Ritterus sua tela dirigit; *Filium Dei non esse unum Deum cum Patre, & solum Patrem esse unum Deum;* itaque direcione ad propositiones argumenti respondendum est. Maior propositio non est vera, in loco de diuina natura, seu de creatore, ac tantum pertinet ad creaturas. Remouenda igitur Maior est, ex hac argumentatione, quia conclusio atque intentio est de Deo creatore. Deinde Minor, quæ ex *Psalm. 45.* exquiritur, palam de personarum discriminis loquitur. Nam, quod ad redemptionem generis humani attinet, Patri attribuitur actio vngendi Filium, constitutum Mediatorem & propitiatorem generis humani; Filio vero adscribitur, quod vocationem istam paternam accipiat. Et quidem impleta

impletasunt hæc in Iordanæ, vbi Pater ex cœlo clamat: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, hunc audite: atque Spiritus sanctus, in specie columba, ex cœlis in Christum baptizatum, descendit.* Nihil hinc igitur de natura dicina Filio Dei eripitur: inquit, quia Christus Deus vocatur, nec est alius Deus, preter unum; ideo Christus est unus & idem Deus, qui Pater, & non alius Deus, licet alia sit persona Patris & Filii; sicut lacræ literæ ostendunt. Quod vero Ariani dicunt, dici nimirum Christum Deum, perinde, ut Salomonem, nisi, quod maiora dona accepit præ suis consortibus; hæc glossa temeraria est, & impia. Nam Christus Deus dicitur, quia natura Deus est, & ab aeterno est, & est Creator rerum omnium, sicut *Ioannis primo,* & *Hebreorum tertio*, luculenter probatur. At Salomon non est natura Deus, & non est aeternus, nec est creator rerum omnium. Non igitur eodem modo Christus dicitur Deus, quo Salomon; ut Antitrinitarij nugantur.

*Cur igitur & bermes in S. literis, Exod. 22. Psal. 82. interdum vocantur Di?*

Respondeo: Per figuram, quod nimirum sint ipsius Dei vicarij in his terris, tuendo disciplinam & iustitiam, ad exponentium Dei voluntatem, & puniendo sceleratos iuxta leges, & cæt.

Gabriel Ritterus:

*Quicquid Gabriel Archangelus docet ex mandato Dei, id verissimum est.*

*Sed Gabriel docet Mariam, Spiritum sanctum venturum super eam, & virtutem altissimi obumbraturam ei, ideoq; & quod nascetur ex ea sanctum vocandum Filium Dei.*

*Ergo, tantum propter eam mirabilem conceptionem de Spiritu sancto absque viri complexu, vocatur Christus Filius Dei,*

Respondeo; Negandā est consequētia, quia plus est in conclusione, quām in praemissis. Non enim hoc ex textu liquet, tantum ideo vocandum esse Christum Dei Filium, quod homo natus sit, miranda Dei effectione absque viri complexu. Nam Archangelus distinctè ait: *Paries Filium;* & postea addit, *hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, id est; cognoscetur & predicabitur,* Deinde verò Mariæ ambigenti, ex infirmitate fidei, de tanta rē, cùm sciret, sese intemeratam esse virginem, exponit, quod Spiritus sanctus, pro sua omnipotentiā, id sit effecturus: Et porrò ostendit, *santum factum, & quidem vocandum Dei Filium;* hoc est: docet, quod paritura sit Filium, qui non tantum verus homo, sed etiam Dei Filius sit. Nam, hoc erat prædictum, quod Filius Dei carnem humanam suscepturnus esset. Et procul dubio Gabriel exponere voluit vaticinium Esaiae, cap.7. *Ecce, virgo concipiet & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Immanuel,* hoc est,

*est, nobiscum Deus: sicut Matthæus manifestè ad hanc ipsam angelicam concessionem hunc textum applicat. Præterea multis sacræ scripturæ & testimonij hic articulus fidei nostræ Christianæ immotus demonstrari potest, quod videlicet Iesus Christus Filius Dei dicatur, non tum demum (vt Antitrinitarij volunt) quando in utero Maria carnem humanam assumpfit, sed quia ab aeterno est genitus, ab aeterno Patre, ante omnia secula, & fuit Patris caelestis Filius, antequam homo fieret. Hæc nobis dilectionem Patris, & ipsius quoque Filij, in genus humanum immensam commendant & exaggerant; quod nimirum, teste Esaia, ipse Deus venit, & saluavit nos. Imò necessitatem rei ipse Deus omnium maximè perspexit, quod à nullis puris creaturis perditum genus humanum, à peccato, à legis maledicto, à potentia Diaboli, à morte & inferno, liberari & vindicari posset; sed oporteret Deum quoque esse, qui tantum opus aggredieretur & executeretur. Nam etsi iustitiam suam seueram, lege expressam, immensa misericordia paternè mitigaret Deus, tamen voluit sua legali sententia satisficeri, patiente & obediendo. Ad hoc onus itaque baulandum & auferendum, & ad iustitiam & vitam aeternam acquirendam, Filius ille aeternus aeterni Patri destinatus est, vt homo fieret; quia homines peccârant, nec sibi meti p̄fis opem ferre poterant. Factus est igitur Filius Dei, agnus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis; & deuicta morte aet-*

na, iterum ascendit triumphabundus in cœlum, iamq; sedens ad dexteram Patris, omnia sibi habet subiecta.

220.

Sacris literis attendendum est, ne quid doceatur, aut credatur, nisi quatenus id in eis traditur.

Sed, licet omnes Prophetæ venturum Messiam prædixerint, multaq; de eo locutis sint: tamen ab eis Filius Dei nusquam est appellatus, quousq; tandem apparuit, & in iordanæ baptizatus est.

Ergo, *Messias non est Filius Dei ab aeterno, sed tum demum, quando in Maria conceptus est.*

Respondeo: Minor non solùm falsa, sed atrox quoque in Prophetas Dei iniuria & blasphemia est, id quod plurimi verbi diuini testimonijs doceri potest, vt Psal. 2, *Filius mens es tu, ego hodie genui te.* Dan. 3. dicitur: *Filium Dei visum esse in camino ardente.* Christus, omni exceptione maior, in suis concionibus creberimè fatetur, *se esse Filium Dei, & quidem à Patre exiisse, & a cœlo descendisse, ac venisse in hunc mundum.* Iohannes etiam dicit, *hunc λόγον, qui factus est caro, exitiisse ab aeterno, & mundum condidisse;* Ergo Christus est verus Deus.

221.

*Quicunque se vocat Filium hominis, & ab Apostolis homo appellatur, is est tantum homo naturalis,*

*ra sua, licet sit Deus, potentia maiori, quam ceteri homines, ornatus.*

*Sed, Christus se frequenter vocat Filium hominum, & Apostoli eum hominem vocant.*

*Ergo, Christus est tantum homo, licet etiam Deus sit, quia magna potentia ei tradita est.*

Respondeo: Maior est nugatoria & mendax, id quod omnes fani & pij facile intelligunt. Nam videndum etiam est, quid alijs in locis de Christo pronuncietur, vt integrum de Christo doctrinam mens pia complectatur. Deinde ad Minorem respondeo: *Christus se vocat Filium hominis sapientiam;* verum quidem est, sed non addit particulam tantum, hoc est: non inquit, *Ego tantum Filius hominis sum,* & nihil aliud. Christus etiam se se *Filium Dei* appellat, & perspicue probat, *se esse Filium Patris, se esse ex cœlo, esse unum cum Patre, esse Dominum, Ioh. 3. 5. 11. 13. 14. 16. 19.* Matth. 16. Apostoli quoq; docent, *Christum non solum esse hominem, sed etiam Filium Dei.* Matth. 16. Rom. 1. 8. 9. Ioh. 1. 3. 5. 6. 8. Hebr. 5. 1. & in alijs locis.

222.

*Stephani Basilij, Ariani in Polonia.*

Autor. 4. dicitur: *Domine, tu es ille Deus, qui fecisti cœlum & terram, mareq;, & omnia, quæ eis comprehenduntur.*

*Ergo, solus Pater sine Filio creator est omnium.*

Respondeo: Nego consequentiam, quia plus est in consequente, quam in antecedente fuit. Nos sapè testati sumus, & adhuc te-

stamur, non venire in contiouersiam, an Pater sit creator omnium? id quod nos nunquam negavimus; sed, an ita attribuantur huic, ut ab opere creationis Filius excludatur. Id verò certè nunquam aduersarij nostri demonstrabunt, cùm vèrbum Dei doceat, *Dei Filiū cū Patre & Spiritu sancto esse creatorem uniuersorum.* Psalm. 102. Heb. 1. Coloss. 1. Ioh. 1. 5.

223.

*Stephani Basili & Francisci Daudis.*

*Impium & sacrilegum est, tres facere creatores.*

*Qui verò Patrem, Filium, & Spiritum sanctum creare affirmant, tres creatores docent.*

*Ergo, impij & sacrilegi sunt.*

Respondeo: Nego consequentiam, quia Minor est falsa: Nam sicut vna est Patris, Filii & Spiritus sancti diuinitas æterna; ita vna eademque operatio & cultus. Ioh. 8. *Quia Pater facit, ea & similiter Filius facit.* Quemadmodum igitur, cùm & Patrem verum Deum, & Filium, & Spiritum sanctum dicimus, non tres Deos inculcamus, quia vna horum natura est; ita, cùm Patrem, Filium, & Spiritum sanctum creatorem esse contendimus, vnam æqualemque operationem attribuimus, non tres creatores Ecclesiæ Domini obtrudimus.

224.

*Georgij Blandrata, Medici.*

*Non possum ego a me ipso facere quicquam, dicit Christus.*

*Ergo, Christus sua vi diuinâ nihil fuit operatus.*

*Quid*

*Quid si per se, inquit Ariani, dominatur Christus, & imperium habet super humeros, similiterq; ut Pater operatur, quomodo quo ad seipso nihil potest facere?*

Respondeo: His verbis Christi archissimam & indissolubilem Christi cum Patre æqualitatem denotari, non impotentiam aut imbecillitatem, ut Ariani somniant. Non igitur Christus potest quicquam sine Patre facere, quia ipse & Pater unus sunt; Sed nec Pater sine Filio, sapientia sua hypostatica, quicquam aut operari potuit, aut operatus est. Pater creat & saluat, sed non sine Filio; ita Filius vivificat, & facit pro confirmatione cœlestis doctrinæ miracula, sed non sine Patre, cum quo unus est Deus. Estenim Christus substantia paternæ *χαρακής*, sine quo nihil vñquam operatus est; quemadmodum nec Deus quidem esse sine eo potuit. Nam si verum est, quod Esaiæ 43. Filius Dei inquit: *Extra se, prater se, nullum esse Deum, ante se non fuisse Deum formatum, & post se nullum futurum;* profectò nunquam Pater sine Filio Deus esse, aut operari potuit, nec Filius sine Patre & Spiritu sancto.

## CONCLVSIONE DE BLASPHE- MA ANTITRINITARIO- rum secta.

**C**V Merrores nonorum Arianorum, & antea in veteri Ecclesia Catholica ab Orthodoxis Theo-

logis, S. Patribus, & similiter nostro tempore à vera Ecclesia Iesu Christi, iuxta verbum Dei, Augustanam confessionem, veterem & incorruptam formulam Concordia, Item, & in alijs nostrorum Theologorum saniorum libris, sapè solide & prolixè refutati & condemnati sunt: equum & necessarium est, Antitrinitarios, & eorum heresin, & à nobis hoc tempore, & ab omni posteritate, secundum Dei mandatum vitari & condemnari,

Matth. 7. Gal. 1. Epist.

Iohān. 2.

Soli D E O, Trino & Vni,  
gloria.

F. I. N. I. S.

IMPRESSVM FRANCOFVR-  
TI AD MOENVM, TYPIS IO-  
annis Saurij, impensis Pe-  
tri Kopffij.



Anno Christi,

M. D. XCVII.